



300
2



B.CASP.SAGITTARI

D.Historici Saxonici & historia-
rum PP.

COMEN-
TARIOLVS

MODOS EXCERPENDI

omnium ordinum studiosis
summa cum cura monstrans.

DREXELIVS Aurifodina part.I.

CAP. VIII.

*Exterior id ego indies, quod in conspectu Dei
testor, ad omne studiorum genus vix quic-
quam magis conducere, quam pluribus
annis EXCERPENDI solertiam perpetu-
asse.*

HELMSTAD II,

Sumpt. JOHAN. MELCH. SÜSTERMANNI.
Bibliopolæ. MDCCIII.

B CASI SAGITTARI
COSMOGRAPHIA UNIVERSALIS
TOMUS IIII.
COMMEN.

TARICIA
MODUS EXGRIPENDI

omissiones paginum (univis) -
litteras omnes quae non sunt

DYLLIANA ANTIQUITATIBUS
SACRA

Expositio in libro primo de rebus Sacrae
et Sacrae Scripturam et Sacrae Historiam
et Sacrae Lingua et Sacrae Moribus
et Sacrae Liturgia et Sacrae Ratione

HEBREWS
JOHANNES CHRISSOSTOMI
MDCC



Q. D. B. V.

COMMENTARIO-

LVS DE MODIS EXCER- PENDI.

CAP. I.

*Ars excerptendi plerumq; tegitur à
doctis, à nobis citra invidiam
manifestabitur.*

§. 1.

Artem excerptendi tradam; ar-
tem utilissimam, & omnibus,
qui ad solidam eruditionem
contendunt, imò omnibus, qui
ad solidam & amplam eruditio-
nem contendunt, imò omnibus, qui docti
nomen habere cupiunt, maximè neces-
fariam.

§. 2.

Solet plerumq; illa ars ab eruditis tegi,
nec facile aliquem reperias, qui omnia hu-
jus artis secreta vulgaverit.

A

§. 3.

(2.)

§. 3.

Sunt, qvi non modicam pecuniæ sum-
mam pro hac arte à discentibus exegerint,
& tamen eosdem sanctâ taciturnitatis lege
obstrinxerint, ne hujus artis recondita in
vulgus propalarent.

§. 4.

Nobis alia mens sedet, & , qvæ vel à vi-
vis præceptoribus accepimus, vel ex mor-
tuis doctoribus hausimus, vel ipsi adin-
venimus , citra ullam invidiam summâ
cum fide cum studioſa juventute commu-
nicabimus.

§. 5.

Et ut sit , unde qvam maximè de fide
meâ judicetur, non detrectabo manuscri-
ptos meos in hoc genere libros subinde in
hoc collegio ostendere, qvædam etiam ex
illis ad calatum dictare , & ut ipsi audi-
tores manum operi admoveant , sedulo
urgere.

§. 6.

Jam tunc qvidem de hac excerptendi ra-
tione aliquid in publicum emisi , qvod in
commentatione (sic enim inscripsi) de
lectione atqve imitatione Ciceronishabe-
tur : verùm qvoniam in illâ tractatione
ad so-

(3.)

ad solum ferme Ciceronem respexi; nunc autem multa alia scitu non minus jucunda qvam utilia afferenda erunt, paulò accuratius, citra omnem subtilitatem tamen, (eam enim in hoc studio non parum dannosam esse reperi) hoc negotium trætabo.

CAP. II.

*Definitio excerptorum proponitur,
Cüberius explicatur.*

§. I.

ET si, qvid sint excerpta, plerisq; arbitror constare, qvoniam tamen omnis, qvæ justo ordine procedit, dissertatio, à definitione proficiisci solet, hanc, studii excerptendi, præmittemus qvalemcunq; definitionem, aut si mavis, descriptionem.

§. 2.

Est scilicet orationis atq; rerum inter legendum consignatio, l. notatio studiosa: & excerptere est è qvocunq; scriptore inter legendum cum judicio in certas classes id annotare ac feligere, qvod judicetur usui futurum.

A 2

§ 3. In-

(4.)

§. 3.

Inter legendum dico : Qvia in hoc potissimum sese exserit excerptendi solertia. Non tamen lecta tantum , sed & audit a, imò & visa dignioris notæ in usum nostrum annotando licet trahere.

§. 4.

Certarum classium hic mentionem facimus, idque non sine gravi causa. Nam licet multa & varia consignemus , sed eadem non referamus in certas suas sedes, ac in suas quasi cellulas recondamus ; parum profectò nobis proderit nostra consignatio. Atque in hoc plurimos, præsertim qui in hoc studio fidam lucem non sunt nacti, peccare vidi.

§. 5.

Judicium in studio excerptendi requiro ; nam qui illud non vocabit in consilium , is oppido in multis cespitabit ac labetur.

§. 6.

Neque tamen hic requiro anxium nimis ac superstitiosum judicium. Nam uti in aliis doctrinis, ita in hac ipsa non omnia simul incepta & perfecta sunt , sed diem dies docet , & quod progredimur longius , eò fit in excerptendo judicium exactius.

§. 7. Ho

(5.)

§. 7.

Hoc autem judicium potissimum docebit, ut omnia & singula trahamus in excerpta nostra. Selecta, notatu digna, rariora qvævis, in primis autem usui nobis futura, excepemus.

§. 8.

Si verò ex me qværas, unde liceat di-
gnoscere, qvæ sint aliquando usui futura,
non quidem id tam accurate poterimus
definire; attamen qvisquis studiorum su-
orum scopum probè attenderit, ex eo-
dem, qvæ sibi aliquando præ cæteris erunt
usui, judicabit.

§. 9.

Nemo est, qui non videat, theolo-
gica theologo, I Cto juridica, medica
medicinæ cultori præcipue excependa
esse.

§. 10.

Ad unum horum trium vitæ generum
plerumquæ se solent applicare animi di-
scendentium; quamquam non desint, qui
vel in solâ philosophiâ vel in unâ ali-
quâ philosophiæ parte acquiescant, vel
etiam in universâ philologiâ vel in qua-
dam philologiæ parte præ reliquis exco-

A 3 lendâ

(6.)

colendâ oleum atque operam consumant.
Hi omnes ad scopum suum collimantes
ea referent in excerpta sua, quæ sibi ali-
quando usui futura existimaverint.

§. II.

Quibus Deus capacissimum indulxit
ingenium , ii non contenti erunt in uno
horum unicè versari : sed uti ad plura
dextrè tractanda apti nati sunt , ita in mul-
tò pluribus , quamcæteri , excerptis so-
lent laborare.

§. 12.

Si verò quis vel theologiam amplectet-
ur , vel studio juris se fere dabit , vel ad me-
dicinam se convertet , nec philosophiæ
studio , nec philologiæ , omnique lite-
raturâ politiori , nisi cum ingenti suo da-
mno poterit carere.

§. 13.

Ex quo statim prono fluit alveo , unum-
quemque , qui ad superiores illas , quas
sic vocamus , facultates adspirat , necessum
habere , ut & philosophica & philologica
excerpta sibi paret.

CAP. III.

(7.)

CAP. III.

De necessitate atque utilitate excerptorum.

§. 1.

MUlti sunt , qui innumera legunt , vix quicquam verò memoriâ retineant. Causam si quæris , hæc est : non excerpunt , excerptendive rationem ignorant. Potissima verò causa , cur ad sacram excerptendi anchoram debeamus configere , est memoriæ nostræ imbecillitas. Nam cum illa segnis admodum , angusta , lenta , fallax , & perinde ut cibrum rimarum sit plenissima , hoc potissimum adminiculo statuminanda atque fulcienda est.

§. 2.

Scio , quod nonnulli memoriæ felicitate suâ gavisi , ac ob id eidem nimium confisi , non tam sollicitè cogitârint de excerptis : sed postea accrescente ætate , quando in eis paululum deficeret pristina memoriæ promptitudo , graviter doluerint , quod non in tempore per studium excerptendi consuluisse memoriæ.

A 4

§. 3. Quis-

(8.)

§. 3.

Quisquis ergo fueris , memoriam hoc fulcimento firma, & nunquam hujus operæ per omnem vitam te pœnitibit.

§. 4.

Multiplex porro ac pene ineffabilis excerptorum est utilitas. Qui illis est instructus , de quocunque themate proposito nominare poterit auctores , qui de eo scripserint. Nulla res in disputationem aut familiare colloquium adducetur , de quâ non nominare possit scriptorem unum atque alterum , qui ejus rei mentionem fecerit.

§. 5.

Qui divite excerptorum penu gaudet , de quacunque re proposita publicè & privatim differendi amplissimam habebit copiam , ut bene in hanc sententiam scribat Drexelius : Ego illum non diu nec excerptisse judico , qui non de quolibet themate allato saltē horā integrā , si non pluribus , è notis & excerptis suis perorare queat. Id quod tam de sacro , quam de alio quovis oratore intelligendum est.

§. 6. Qui

(9.)

§. 6.

Qui in excerptis dives est , aliis interrogantibus ac instrui volentibus nimium quantum proderit. Quapropter ad hujus domum tanquam ad oraculum quoddam convolare videoas etiam ex eruditis plurimos , sed ab excerptis non satis instructos.

§. 7.

Præterea qui excerptis abundabit , ingens ad omne scriptionis genus subsidiū habebit. Opulentum enim nactus est cujuscunque materiei thesaurum , cui si formam commodam induxerit , brevi temporis spatio tale , quale præoptat , ædificium excitare poterit , hoc est , variis scriptis publicæ rei emolumentum , sibi famam & divitias , parare.

§. 8.

Non immeritò ergo audeo dicere , plerosque , qui à condito orbe prodierunt , libros huic arti excerptendi suam debere originem , imò multorum hominum divitias ex hac aurifodinâ prodiisse.

§. 9.

Possem multo plura de necessitate atque excerptorum utilitate in medium afferre:

A 5

sed

sed cum id jam dudum fecerint alii præclarissimi viri , & inter hos opulentissimus excerptorum promus condus Ieremias Drexelius (hic enim peculiari capite objectionibus contra excerptendi solertiam satisfecit) hac operâ facile licet supersedere.

§. 10.

Concludo igitur hoc caput his memorabilibus Drexelii verbis : *experior id ego indies, quod in conspectu Domini testor, ad omne studiorum genus vix quicquam magis conducere, quam pluribus annis excerptendi artem perpetuasse.*

CAP. IV.

De scriptoribus præcipuis qui excerptendi modum tradiderunt.

§. I.

IN Drexelio caput proximum finimus , cum eodem præsens exordimur . Hic eruditissimus , & qvod rarum in hoc sodalitio , pientissimus societatis Iesuiticæ theologus , inter plures alios elegantissime scriptos libros aurifodinam artium & scientiarum h.e. de excerptendi

(II.)

di solertia, politissimum scripsit libellum, in partes tres distributum : in quo multa ad hoc studium pertinentia clarius detexit : utut non omnibus æqvè sit facile Drexelianum ductum per singula seqvi.

§. 2.

Tres ille autem reqvirit excerptorum classes s. libros , & suum cuique indicem tribuit.

§. 3.

Ad lemmata referendum censet, qvicquid historia non est & fuse non exscribitur ; sed annotatur tantum autor , liber , caput , paragraphus , pagina. Ad hunc librum excerptorum præcipue referenda censet virtutes , vitia , omniaqve alia, qvæ in sermonem familiarem adduci solent : e. g. cœlum , fidera , meteora : item beatitudo , cœlites , elementa , animantes , volucres , qvadrupedes , pisces , arbores , montes , metallæ , bombardæ , horologia , campanæ , musica , coronæ &c.

§. 4.

In adversariorum libro annotandum esse judicat, qvicquid historia non est, sed tamen fusius exscribitur. In hanc classem collocanda censet ritus priscos , epitaphia ,

(12.)

taphia , descriptiones insigniores , dicta
überius explicata , rara , admiranda , no-
va , vetera .

§. 5.

In historicis excerptendum jubet , qvic-
quid historia est , vel exemplum , sive id
fusius exscribatur , sive non . Tribus his
classibus triplicem accommodandum
monet indicem in libro chartaceo , sed
separato .

§. 6.

Brevibus hoc consilium primum pro-
ponit Drexelius part . II . c . 3 . sed de lem-
matibus postea überius agit c . 4 . & 5 . de
adversariis c . 6 . & 7 . de historicis c . 8 . & 9 .
c . deinde 10 . ostendit , quomodo dictis
excerperi modis philosophus , mathe-
maticus , medicus , ICtus , theologus
uti possint .

§. 7.

Præclara sunt hæc , fateor , Drexelii ,
at non omnibus æquè accommodata .

§. 8.

Quapropter , quod ad has tres classes at-
tinget , ut multitudinem librorum , in quos
excerpta referantur , vitemus , non incom-
modè uno libro , aut minimum duob⁹ com-
prehendi possunt ; ceu in nostrā methodo
liquidum

(13.)

liqvidum faciemus. Potissima autem ratio, cur in omnibus Drexelii methodum non probem, hæc est, quod de quovis verbo & re quavis, atque adeò de ipsis illis, quæ in adversaria & historica referenda svaldet Drexelius, lemmata possimus conficere, nec habeamus opus, unam rem in diversis tractare locis, diversisque libris.

§. 9.

Quomodo tamen is, qui in uno aliquo studio præ cæteris excellere cupit, e.g. in historico, sive externo, sive sacro, aut in parte aliquâ philosophiæ, e.g. in politicis, in excerptendo sese gerere debeat, quando de singularis industriæ speciminibus agemus, luculenter explicabimus.

§. 10.

Pergemus nunc ad alium scriptorem. Is est Iohannes Petrus Titius, eloquentiæ ac pöeseos in Dantisco Gymnasio professor celeberrimus. Hic anno hujus seculi LX. manuductionis ad excerptendum partem primam, quâ in de verbis excerptendis agit, suis sumtibus edit. Elegantissimus hic liber denuò prodiit

diit Dantisci anno CIC 15CLXXXII cum
titulo imanuductionis ad excerptendum.
Insertæ sunt observationes de vitiis lati-
ni sermonis & locutione emendatâ,
ejusque autoribus. Accesserunt com-
mentationes (1) Didactica , de admiri-
nulis linguae latinæ (2) Prosodica,
(3) Nummaria , de pecuniâ vetere ac
novâ abaco tabulisque exhibitâ : cum
indice plenissimo verborum , & re-
rum. Liber hic summa cum cura est
confectus , bonæque frugis verè plenif-
simus ; quippe quem in excerptidis
verbis phrasibusque tam soluti , quam li-
gati sermonis, tuto possumus sequi , me-
que non parum hoc scripto adjutum lu-
bens meritoque fateor.

§. II.

Patruus etiam meus Thomas Sagitta-
rius , olim in hac academiâ professor ,
& postea gymnasii Elisabethani Vratis-
laviae rector & cæterarum scholarum in-
spector , vir multi jugâ doctrinâ & plu-
ribus doctis scriptis clarus , scripsit con-
silium , quomodo loci communes in
studiis cujuscunque generis sint constitu-
endi & colligendi. Breslæ editum anno
huius

(15.)

hujus seculi XVIII. In hoc consilio , et si non pauca sunt præclarè excogitata , quia tamen nimis accuratam requirit disposi-
tionem , quæ à tyronibus certè præstari nequit , non putârim ex re studiosæ ju-
ventutis hujus ductum sequi.

§. 12.

In eundem etiam lapidem videtur im-
pegisse Bartholomæus Keckermannus
in signis philosophus ac theologus in
gymnasio Dantisco reformatus. Hu-
jus idea locorum communium eloquen-
tiæ s. rhetoriconum , itemque consi-
lium logicum de adornandis & colligen-
dis locis communibus , habemus Tom. II.
pag. 220. seqq. Quanquam & in eo
istud consilium mihi non probatur , quod
nimis multa volumina ad excerpta re-
quirat; quæ quođ pauciora sunt , eò magis
id videtur , tyronibus præsertim , condu-
cere , interim tamen non desunt in Kec-
kermannianis præclara quædam moni-
ta , quæque alibi non facile repereris.

§. 13.

Iohannes quoque Sturmius , in libro de
resolutione linguae latinæ , præscribit re-
gulatum ordinem locorum communi-
um.

(16.)

um. Dabo de hoc libro Keckermannii judicium : multa sane vir ille vidit præ aliis in hoc genere , ut neminem planè habeam autorem , quem unquam vide- rim, qui Sturmio præferri possit. Sedta- men dum ad decem prædicamenta ordi- nem suum reducit , & à judicio regularum logicarum declinat , & seriem valde im- perfectam , mutilam , & subinde admo- dum confusam delineat ; talem tamen utiliter quoque sequi poterit is , qui me- liorem non desiderat aut inquirit.

§. 14.

Habemus præterea Iohannis Schefferi Argentinensis, professoris Upsaliensis, au- reolum de stylo , stylique exercitiis ad veterum consuetudinem librum aliquoties recusum , in quo cap. xi. de excer- pendi studio , & cap. xii. de libris ex- cerptorum eorumque ratione agit. Is duos fieri svadet libros , unum rerum ad vitam tam publicam, quam privatam per- tinentium ; alterum variæ eruditionis : in utrumque notabilia referri jubet ordi- ne alphabetico.

§. 15.

Licet verò liberam unicuique relique-
rim

(17.)

rim sententiam hunc celeberrimi ductum
viri seqvi : Tamen qvod ad alphabeti-
cum illum ordinem excerptorum attinet,
magis incommodum esse deprehendi,
qvm si index secundum alphabetum
construatur. Nam ut cæteras difficul-
tates taceam , non parva cum molestiâ
conjunctum fuerit , plagulas illas filo sibi
invicem non confixas , præsertim in
spissam multitudinem si excreverint ,
servare.

§. 16.

Anno CIC 15CLXXXI prodiit M. Iusti
Christophori Udenii excerptendi ratio
nova , das ist / eine neue Art und sonder-
bahre Anweisung / wie die studierende
Jugend in jeden Wissenschaften / disci-
plinen und facultaten / vornehmlich aber
in theol. homileticâ ihre locos commu-
nes füglich versfertigen / leichtlich einrich-
ten und nützlich gebrauchen / auch zur
Wissenschaft bewährter scribenten / zum
excerpiren dienlich / förderlichst gelan-
gen können. In hoc scripto vir diligen-
tissimus citra invidiam non pauca ape-
ruit summo futurausui , præsertim theol.
studiosis.

B

§ 17. Præ-

(18.)

§. 17.

Præter hos , qvos hactenus enumeraui , scriptores plures super sunt alii , qui inscriptis suis præsertim , qvæ de studiis instituendis confecerant , de formandis excerptis s. locis communibus mentem suam aperuerunt ; quos omnes ut hoc loco enumerem , vel eorum sententiam excutiam , non patitur instituti mei ratio . Dum verò in commentatione illâ , qvam de lectione & imitacione Ciceronis edidi à §. 71. usqve 78. p. 95. & seqq. plures ostendi excerptendi modos , qvibus informandis excerptis eruditи sunt usi , malim ea pro re natâ disserendo uberius illustrare , quam de meo in hanc tractationem transscribere .

CAP. V.

*Comprehendit generalia quædam
monita ad excerptendi studium
pertinentia.*

§. 1.

Excerptendum est in tempore , & ,
si fieri potest , à pueris .

§. 2. Ne-

(19.)

§. 2.

Nemo, qui per adolescentiam aut ju-
ventam in hoc studio non laboravit, pro-
pterea plane omittat, sed primo qvovis
tempore neglecta majori diligentia re-
farciat. Præstat serius, qvam nunquam
incepisse.

§. 3.

Nullus liber est legendus ex qvo non
aliquid excerptendum.

§. 4.

Nullus dies abeat, in qvo non una
vel altera hora, &, si fieri potest, or-
dinaria huic studio destinata sit.

§. 5.

Quisquis excerptit, id cum voluptate
animi faciat.

§. 6.

Nemo ab excerptendo propterea desi-
stat, quod non statim omnia accurate
sub certos titulos possit redigere. Nam
dies diem docet, ceu cap. ii. dictum est, &
solertia excerptendi majora subinde incre-
menta capit.

§. 7.

Nemo sua excerpta, si forte non sint
accurata satis, abjiciat aut laceret, vel

B 2 Vulcanus

(20.)

Vulcano consecret ; ne tot mensium interdum & annorum opera in momento temporis pereat.

§. 8.

Unusquisque excerpta sua , quantum fieri potest , eleganter scribat , ut ipsa scriptio nos ad diligenter relegendum invitet.

§. 9.

Quaecunque autem sunt scripta , subservientibus horis diligenter releganda sunt. Lectio lecta placet , decies repetita placabit.

§. 10.

Ediscenda quædam , non tantum exscribenda sunt.

§. II.

Id ut fiat commodius , libri excerptorum sint portatiles , in octavo , ut loquimur , vel in quarto , rarissime in folio.

§. 12.

Nisi quis ad unum aliquem autorem multa velit referre , non facile svasor sim , ut aliquis chartâ mundâ distinguat librum. Pierumque enim hi libri plus habent albi quam nigri.

§. 13. Ne-

(2I.)

§. 13.

Neqve etiam soleo probare libros ex
chartâ purâ per bibliopegum compactos.

§. 14.

Integra loca , præsertim si paulò lon-
giora sint , & librum aut ipsi posside-
mus , aut speramus nos aliquando ac-
cepturos , non facile sunt describenda.
Ea vero exscribenda sunt , qvæ longius
spatium in novâ evolutione quam ipsâ
scriptione requirunt.

§. 15.

Qvandocunqve excerptis , adde ex-
cerptis tuis certas notas , præsertim in
lemmatibus v. g. hic fusè , hic pauca ,
hic mediocriter. Poteris etiam NB. adde-
re , interdum duplicatum , qvin , si
placuerit , triplicatum. Poteris etiam
addere , (præcipue si librorum , ex qui-
bus excerptis , paginæ sint longiores ,
aut nullis distinctæ §§.) p. m. f. ut p. de-
signet principium , m. medium , f. finem.

§. 16.

Qvæ excerptimus , præsertim ex li-
bris majoribus , aut qvos commodè to-
tos non possumus legere & excerptere ,
ea itidem vel lineolâ , vel alio qvovis

B 3

signo

(22.)

signo minuto sunt notanda , ne bis ex-
cerptantur.

§. 17.

Si unum aliquem autorem sedulò vis
à capite ad calcem excerptere, satius est ex-
cerptenda notâ minutâ notare , vel in li-
bellum adversariorum conjicere ; quam
statim in ordinarios excerptorum libros
referre. Hoc pacto me non parum tem-
poris lucrificisse , expertus testor.

§. 18.

Aliorum excerpta non facile sunt ex-
scribenda. Unica enim plagula nostro-
rum excerptorum plus nobis proderit,
qvam qvinquaginta folia ex aliis descri-
pta. Nunquam alienis tam jucundè nec
tam appositiè utemur , neqve tantâ utili-
tate, ac nostris.

§. 19.

Si incendium , aut alia quævis calamiti-
tas tuis imminet libris, ante omnia de ser-
vandis excerptis sollicitè cogitabis. Enim
verò thesaurus excerptorum omnibus
gazis præponendus est.

§. 20.

Semper circumferamus pugillares, ut,
cum memorabilia foris legamus , vide-
amus ,

(23.)

amus, audiamus, ea possumus consignare, ac deinde domi in ordinarios excerptorum libros referre.

CAP. VI.

*Complectitur methodum nostram
de verbis excerptendis.*

§. 1.

Res pulchras, utiles & memorabiles in primis excerptendi curam mereri, nemo negaverit: sed nec omnem verborum & sermonis, jure quisquam aspernabitur.

§. 2.

Ordinem igitur, qui nobis commodissimus visus est, secuti, initio de verbis excerptendis solliciti erimus.

§. 3.

Verba sunt vel singula, quae in specie verba vocantur, vel conjuncta, quae phrases appellamus: eaque vel. solutae, l. ligatae orationis.

§. 4.

Nos primò de verbis in specie ita dictis agemus, ac in sequentibus etiam mentem nostram

B 4

(24.)

nostram de phrasibus aperiemus : aliqua tamen h.l. ad phrases spectantia, necessum erit adspergere.

§. 5.

Non commodior ergo videtur esse ratio in excerptis verbis , qvam ad marginem , ut & ad superiorem & inferiorem oram lexici notare , qvæ observaveris , in eo non haberi . Hanc methodum ipse sequutus sum , & adhuc seqvor .

§. 6.

Commendavit jam olim hanc methodum Hieronymus VVolfius in præfatione Svidæ à se editi , his verbis : sæpe auditores meos monere soleo , ut copiosissima quæque lexica & græca & latina & vernacula studiose legant , atqve inter se conferant , & vacuâ chartâ (ubi opus esse visum fuerit :) insertâ , maximeque l. memorabilia l. sibi usui aliquando futura , breviter notent , additis codicum suorum numeris , & ab ineunte ætate viaticum obliioni senectutis præparent . Scio alias tradi locorum communium ordines , quos equidem non improbo , sed hunc alphabeticum , & res verbis jungentem , adolescentiæ studiis magis accommodatum iudico .

(25.)

dico. Atqve utinam & hoc qualemque consilium adolescenti mihi datum, & ea copia optimorum librorum, qui nunc est, nota fuisset! Qvantam enim variæ lectiōnis gazam in promtu haberem, qvæ animo varietate studiorum & occupationum distracto bonâ ex parte exciderunt, nec sine molestiâ jacturaqve temporis, cum opus est, inquirendæ sunt: nec tamen semper reperiuntur. Fit enim (ut imbecillitatem ingenii mei fatear) aliqvando, ut non modo qvæ legi & audi vi non satis meminerim, sed illud etiam dubitem, an & ubi legerim atqve audiverim. Qvod si adolescens memoriam non nimis fretus fuisset, sed in longitudinem potius consuluisset, nunc multò essem promptior atqve uberior & minus occupatus.

§. 7.

Ex lexicis hi, qvi tenuioris fortunæ sunt, utentur iis, qvæ l. habent, l. comparare facilius sibi possunt. Cæteri his, qvæ maximè arrident.

§. 8.

Nos præ cæteris cum TITIO commendamus THESAURUM FABRI ab AUGUSTO

B 5

BUCH-

(26.)

BUCHNERO, ac postea IACOBO THOMASIO novissimè recognitum & collocupletatum : idque ob sequentes causas : primò enim non tantum omnia appellativa habet, sed & non pauca nomina propria, quæ alias separatim proponi solent. Secundò, præter plerasque significationes vocum usitatores, saepius etiam inusitatæ & rariores afferuntur. Tertiò non tantum testimonia ex veteribus; sed & ex recentium philologorum scriptis elegantes observationes in hoc thesauro exhibentur.

§. 9.

Quia tum hoc, tum alia, nonnulla lexicæ non habent marginem paulò latorem, & præterea charta aliquantulum bibula scriptioni concinniori adversatur, ad calcem Lexici volumen chartæ vacuae jungi potest, in quo consignentur, quæ singularia de verbis observemus.

§. 10.

Illi autem voci, de quâ aliquid observasti, in lexico adscribes numerum paginæ illius chartæ vacuae in fine lexici compactæ, ut statim reperire possis: Nec tam paginas, sed & ipsas voces, de quibus

(27.)

bus aliquid observasti, numerare poteris.
e.g. si de voce adorare aliqua excerptisti,
eaqve p. 12. n. D. notasti in fine tui lexici,
adscribes ipsi Lexico ad vocem adorare.
Vid. quæ notavi in addendis p. 12. D.

§. II.

Porro vox ipsa in addendis majusculis
scribenda literis , & summa excerpto-
rum itidem literis paulò majoribus ex-
aranda & minio subducenda est.

§. 12.

Qvoniam autem diligentioribus de u-
nâ voce interdum duæ vel tres , imò &
longè plures observationes nascentur,
nequaquam illæ commiscendæ sunt, sed
singulis certum relinqendum est spati-
olum, e.g. sub voce *adorare* certum spa-
tiolum habere potest hæc observatio :
adorare est manum ad os movere. Cer-
tum iterum spatiolum habebit ista obser-
vatio : *adorare idem est interdum quod*
agere ; & denique novum spatiolum
dabis isti observationi : *adorare inter-*
dum significat alloqui.

§. 13.

Deinde singulis titulis adscribes l. loca
veterum , l. recentiorum , quomodo illa
tibi

(28.)

tibi succurrent. Evidem qvod ad primam illam observationem attinet, qvod *adorare* sit *os ad manum admoveare*, hæc adscripti: Vide *Saubertum de Sacrificiis Veterum* c. XII. p. 282. *Iohannem Conradum Dieterichum antiquitatum biblicarum* part. II. p. 137. Vid. porro de etymologiâ vocis *Desiderium Heraldum ad Arnobii lib. I.* p. 33. NB. item *Pinzievum in parergis otii Marpurgensis lib. III.* c. 8.

§. 14.

Ad secundam observationem, nempe quod *adorare* idem sit quod *agere*, adscripti hæc: Vid. *Festus in orare LL. XII. Tabb. si lege adorat, si furto adorat*, i. e. agit.

§. 15.

Tertiæ significationi, quod *adorare* interdum significet *alloqui*, hæc addidi: Vide *Elmenhorstium ad Arnobium*, item qve in indice *Apuleji*.

§. 16.

Qvodsi vero non placuerit l. ad marginem l. calcem lexici has observationes annotare, poteris in peculiarem librum, l. in communem excerptorum tuorum codicem

(29.)

dicem referre eo, quo docui, modo , ut scilicet numeris in lexico repetendis distingvantur.

§. 17.

Si tamen spatiolum primum l. in calce lexici , l. in libro excerptorum observationibus fuerit repletum & plura obser- vaveris, repetes, præfixo numero, quem ibi fors & habitatio loci offeret : illumq; numerum superius , ubi de illâ dictione actum est, in margine addes. Ita in lexico nonnisi primo numero fuerit opus, qui ad titulum inferius repetitum investigantem lectorem remittet.

§. 18.

Qvandocunq; autem verbum aliquod in thesauro tuo lexicoq; non occurret, appones ipse suo loco , & notulam adscribes tuae de eâ observationis indici.

§. 19.

Cæterum in tua excerpta observatio- nes de omnis generis vocabulis referre poteris , sive illæ sint *ætatis aureæ ar- genteæve* , h. e. latinitatis elegantioris sive etiam ad *æneam seu ferream spe- ctent ætates linguae latinae*; sive *barba- ra,*

(30.)

ra, obsoleta; antiqua, novata sint.

§. 20.

Hic tamen denuò monendum est , ut unusquisque suum attendat scopum . Nam ICtus in primis sollicitus est de vocabulis juridicis , medicus de medicis vocibus . Quisquis autem totam vitam in philologicis studiis conterendam judicaverit , multò sollicitius hæc excerpta verborum , qvam qvivis alias curabit .

CAP. VII.

*Complectitur singularem methodum
phrases & formulas oratorias
excerpendi.*

§. I.

SAtis, ut puto , perspicuè monstravi ;
sqvod verba singula sint excerptenda :
nunc ad conjuncta progrediamur , ad
phrases nimirum formulasqve oratorias
in soluto sermone .

§. 2.

Etsi vero leve & vulgare alicui videatur in phrasibus excerptidis multum collocare operæ ; tamen qvia pauci tan-

tam

(31.)

tam scribendi dicendi que facultatem nan-
ciscuntur , ut expeditè sine ullis adjumen-
tis eam , qvæ requiritur , puritatem , ele-
gantiam atqve copiam adhibeant,in tem-
pore meritò studendum est , ut appar-
atum formularum phrasiumque , qvino-
stram in dicendo & scribendo sublevet
inopiam , conqviramus . Et licet forte
qvis præstet dicendi scribendi que peritiā,
dum tn. alios docere necessum habet,non
raro hæret aqua , sic ut aut salebrosæ il-
li , qvam ipse ingressus , viæ insistat ,
aut incommodam eligit aliam.

§. 3.

Nec est , qvod mihi quis objiciat , tot
jam phrasium ac formularum extare li-
bros , ut si quis post illos in hoc studio
aliquid tentare velit , peccet in prover-
biūm , qvod , actum ne agamus , ad-
monet.

§. 4.

Nam si plerosque illos libros , quo
specioso etiam titulo præfulgeant , peni-
tius introspicimus , nimium quantum
in eo peccant , qvod in tantà formula-
rum phrasiumque copiâ non obseruent
commo-

(32.)

commodam dispositionem & ordinem
inqvirentibus accommodatum.

§. 5.

Commandant nonnulli calligraphiam
Romanam Parei ; at qvod nec hic liber
satisfacere possit eloquentiae studioso , in
libello de imitatione Ciceronis p. 119.
ostendi.

§. 6.

Et sane qvomodo phrases excerptendæ
sint , pauci etiam ex eruditissimis viris
noverunt.

§. 7.

Magnus in his literis & prope incom-
parabilis Vir *Iustus Lipsius* non aliam
hic novit methodum , quam scriptorum
singulorum phrases seorsim sumere . Ver-
ba Lipsii instit. epist. c. XII. hæc sunt : in
phrasibus dispositionem non video , nisi
qvod seorsim eas poni velim pro discrime
nione scriptorum , Tullii solas , Plauti
& Terentii solas , historicorum solas :
qvod quisque pro judicio suo aut indu-
stria facito.

§. 8.

Hoc consilio procul dubio respexit
Lipsius , ne inscribendo comicorum ,
ora-

(33.)

oratorum , historicorum phrases confundantur , Verum si secundum istam , à me jam proponendam methodum phrases & formulas excerpteris , cautione illâ non erit opus .

§. 9.

Hæc verò illa est methodus , ut sub uno generali titulo multas phrases formulasque colligamus , sed eas iterum in speciales quasdam classes ac formulas quasi reconditas , ordine collocemus , ac deinde titulos generales , & nonnunquam speciales qvosdam in indicem secundum ordinem alphabeticum referamus .

§. 10.

Illustrabo mentem meam exemplis : titulus generalis esto , & in capite paginæ majusculis literis scribendus :

FAMAE , RVMORES .

Sub hoc titulo retuli ista Ciceronis verba : Perferet multa ipse rumor Fam. 2. Ep. 8.

Tuæ res gestæ ita notæ sunt , ut trans montem Taurum etiam de matrimonio auditum sit . Fam. 2. Ep. 15.

Et literis & sermone omnium perfertur ad me Fam. 14. Ep. 1.

C

Et

(34.)

Et ego perspicio & omnes prædicant.

Fam. 14. Ep. 3.

Rem te valde bene gesisse rumor erat

Fam. 1. Ep. 8.

Hinc subjunge titulum specialem:

RVMOR CERTVS.

Sub quem titulum specialem sequentia
retuli Ciceronis:

Quæ ad nos non obscuro nec vario ser-
mone , sed clarissimâ & unâ omnium
voce perferuntur. Fam. 2. Ep. 5.

Commotus hominum non dubio sermo-
ne Fam. 2. 17.

Porro alium habeo specialem titulum:

RVMOR INCERTVS,
FALSVS.

Huc retuli sequentia Ciceronis:

Credo te audivisse aliquid , falsum est ,
mihi crede , si quid audisti. Fam. 1.
Ep. 13.

FORMVLAE OPTANDI VT
RVMOR SIT FALSVS.

Audiebam quædam turbulenta , qvæ
scilicet cupio esse falsa. Fam. 12. Ep. 16.

§. II.

Pari modo sub generali titulo gratu-
landi

landi sequentes notavi speciales titulos:
Sero gratulari. Expectare gratulatio-
nem. Omittere gratulationem. Formu-
læ gratulandi de novo anno. Formu-
læ gratulandi de die natali. Formulæ
gratulandi de matrimonio. Formulæ gra-
tulandi de novâ domo ; de novis honori-
bis ; de confecto itinere ; de natâ prole,
de liberis probis , doctis. Formulæ re-
spondendi gratulationi.

§. 12.

Ne autem illa , qvam Lipsius fortassis
 præcavere voluit, inimica studiis confu-
 sio hic oriatur , stylique dispar genius, si
 promiscue excerptamus phrases, iisdem
 que utamur ; in margine excerptorum
 ad qvamcunque phrasin & formulam e-
 iusdem autor annotandus est. Hoc in-
 stitutum non tantum eò faciet, ut, si quis
 forte de autoritate dubitet , eadem in
 promptu sit ; sed etiam, si multa excerpti-
 mus , possimus aliquando non aliis phra-
 sibus ac formulis in uno aliquo argumen-
 to uti, qvam unius scriptoris, id qvod ad
 parandam eloquentiam magnam vim ha-
 bebit.

(36.)

§. 13.

Deinde etiam sive in margine (ita tam
en ne spatium turbetur autorum no-
minibus destinatum) l. etiam in fine phra-
sis sive formulæ notandus est locus illius
scripti, unde desumptus est. Et ex Comi-
cis & Tragicis, si formula sit insolentior,
annotari potest persona, qvæ illa ufa est.
Nam dispari stylo pro personarum con-
ditione scriptæ sunt comœdiæ , scribiq;
merito debent.

§. 14.

Tertio satius est ipsa autorum verba
excerpere, qvam eadem, pro more in plu-
ribus trivialibus scholis consveto , in mo-
dum infinitum mutare. Conducet hoc
eo, ut luculentius appareat , qvando qvid
imitari volumus, an etiam instituto omni-
no respondeat.

§. 15.

Qvandocunq; commodus titulus la-
tinus sive generalis sive specialis non suc-
currit, eandem vernaculâ linguâ poteris
concipere.

§. 16.

Cæterum ad epistolas conscribendas,
(id qvod nemini non aliquando fatendum
est)

est) magnopere nos adjuverit, si indicem confecerimus epistolarum, qvæ in singulari qvodam themate occupatæ sunt.
e. g. Epistolarum commendatitarianum, consolatoriarum, petitoriarum, adhortatoriarum, gratulatoriarum, laudatoriarum, reprehensoriarum, valedictorianum &c. Et hic index scribi potest sub illo titulo, qvi formulas & phrases ad hoc thema spectantes habet.

§. 17.

Quod autem sigillatim ad excerpta, qvæ orationibus scribendis inserviant, attinet; nonnulli svadent tres excerptorum libros esse faciendos, unum enthematum, alterum affectuum, tertium moratæ orationis. Verum qvod ad enthememata pertinet, pars eorum ad excerpta rerum, de quibus in sequentibus agemus, referenda; pars commodè in hunc librum, in qvo phrases & formulas notamus, trahi possunt. Eadem series habet in affectibus, de quibus nonnulla migrabunt in excerpta rerum, aliqua collocabuntur in libro phrasium. Denique moratæ orationis formulæ, qva-

(38.)

rum titulus non est difficilis inventu,
in eodem libro apparebunt. Cæterum
qvarum titulus investigatu est difficilior,
separatim scribi possunt.

§. 18.

De exordiendi , proponendi , nar-
randi , confirmandi , confutandi , per-
orandi , de transeundi , acclamandi , ex-
clamandi , admirandi similibusque for-
mulis , non habeo quod separatim mo-
neam . Nam singulis singularem titu-
lum , & pro re natâ etiam speciales as-
signandos esse , per se patere credo .

§. 19.

Dici etiam non potest , qvam faciat
ad eloquentiam tentare nonnunqvam de-
scriptionem hujus l. illius loci , aetio-
num , personarum , aliarum rerum .
Id autem qvia hi , qvi nondum ad ar-
cem eloquentiæ pervenerunt , sine exem-
plis commode præstare non possunt ,
hujusmodi descriptiones diligenter ex-
cerpendæ , & singulæ suis locis annotandæ
sunt . Hæc pertinent e. g. descriptiones
aciei , adulatoris , aëris sereni , agri
fertilis l. sterilis , arrogantis , arcis , au-
roræ , barbæ , belli , bibonis , calum-
niatoris ,

niatoris , canum , carceris , clamoris , curarum , deformitatis , diluvii , dia- boli , eloquentiæ , eruditî , famis , fon- tis , frigoris , furentis , garruli , hor- torum , hypocritæ , impudentis , la- crymarum , lætitiæ , luætus , meretricum , musicæ , naufragii , otii , Paradisi , pra- ti , pugnæ navalis , studiosi , veri l. personati , sylvæ , templi , tempestatis , turris , voluptatis , victoriae . Quod si verò longiores sint ejusmodi descrip- tiones , instar lemmatum tum autorem , ca- put & paginam notare possumus .

§. 20.

An quis in hunc librum etiam trans- scribere velit doctorum virorum elogia , cuiuslibet arbitrio committendum judi- co . Eqvidem singularem illis libellum tribui , ac puto , nonnullos cum fructu posse seqvi . Verum' quoniam ea opera ad singularia spectat excerpta , eò defer- re malumus .

(40.)

CAP. VIII.

De excerptis phrasum & formularum pöeticarum.

§. 1.

Accedimus ad phrases & formulas pöeticas , in qvibus tamen eo erimus breviores , qvo magis modus illos excerpti accedit ad istum , qvem in soluto sermone observandum ostendimus.

§. 2.

Nempe & hic generalis constituendus est titulus , & si is est paulò amplior , eidem subscribendi sunt tituli paulò speciales , sub qvibus phrases & formulæ pöeticæ colligantur , & tituli generalis , & aliquando qvoque specialium nonnullorum lemmata in indicem alphabeticum referantur. Autores , ex quibus desumuntur excerpta , in margine notari possunt.

§. 3.

Qvoniam vero studiosis rei pöeticæ multum conducet liber , cuius hic est titulus : *flavissæ pöeticæ , s. electorum thesaurus sacro-profanus , notis & observationibus amœnis publico studiorum bono illu-*

(41.)

*illustratus, operâ fratris Iohannis Augu-
stini Baccherii Augustiniani.* Evidem
possideo editionem Antwerpensem an-
ni MDCXLIII. sed Titius commendat
Antwerpensem anni MDCLVII, & Dor-
dracensem anni IMDCLIV. cui addo Co-
loniensem MDCLXVIII. In hoc libro
phrases, formulæ ac elegantiae pœticæ ex
optimis autoribus, additis fere autorum
nominibus petitæ, ordine alphabetico,
sed locis plerumque velut communibus,
& cellulis quibusdam s. formulis consti-
tutis proponuntur: epitheta aptè distin-
cta præmittuntur, synonyma in margi-
ne adjiciuntur; tum præter alia notæ etiam
& observationes utilissimæ illustrandi
explicandi que gratia saepius accedunt.
Additi sunt indices quatuor, majores duo,
alter generalis, alter notarum atque ob-
servationum; duo minores compara-
tionum & descriptionum pœticarum.

§. 4.

Vel igitur has flavissas chartâ distin-
gvemus, l. separatim in certo libello
phrases & formulas pœticas colligemus,
ita tamen, ut in margine flavissarum l. in
indice notentur paginæ nostrorum ex-
cerptorum.

§. 5. Quo-

(42.)

§. 5.

Quoniam tamen hæ flavissæ non sunt
in multorum manibus , in illorum gra-
tiam , qvi vel ipsi in studio pœtico cu-
ratius versari volunt , vel aliis modum ac-
viam in hoc studio recte versandi nece-
sum habent ostendere ; quædam summa
titulorum capita ex Baccherio excerpta-
mus , nostrisqve interdum supplemen-
tis distingvemus.

AMICITIAE.

1. *Amicus* 2. *Amicorum paria.*

Hæc tantum comparent in Baccherii
flavissis , sed addi possunt hi & plures
alii tituli : *amicus certus* , *constans* , *in-*
certus , *inconstans* , *amicitiam exordiri* ,
amicitiam dissolvere , *abrumpere* . *Ami-*
corum verorum mores , *falsa amicitia*.

AMOR.

Honestus , impudicus. Dii amorum
præsides , ut Venus , Cupido. Amore
proseQUI , amori resistere , comparatio-
nes de amore. Hæc Baccheriana sunt ,
qibus addes hæc & similia : sermones
amatorii , rivalis amoris inconstantia ,
amoris fructus , damna , amantium mo-
res.

Arbo-

(43.)

ARBOR.

Arboris partes : rami , frondes , cortex , truncus , radix. Arbores ferere , plantare , arbores inserere. Arbores triumphis ac victoriis dedicatæ : laurus , myrthus , palma. Arbores navibus construendis aptæ : abies , pinus , alnus. Arbores qvæ cariem non sentiunt : cypressus , cedrus , juniperus. Arbores funestæ : picea , taxus , cypressus. Arbores jaculis faciendis aptæ : cornus , fraxinus. Arbores glandiferæ : querqus , ilex esculus. Arbores miscellæ : olea , ulmus , ornus , platanus , populus , salix.

§. 6.

Possem multò plures afferre ex Baccherio titulos , eosdemqve aliis speciabibus etiam titulis augere , catalogum porro illorum librorum addere , qvi à Baccherio sunt prætermissi : sed qvia ex paucis his liqvidò patere existimo , qvomodo hæc pœtica excerpta sint formanda , non amplius in hoc argumento morabor.

§. 7.

Primo tamen adhuc illud monendum est,

(44.)

est , ut ii , qvi Baccherium non habent ,
non tam sollicitè disponant , aut dispone-
re potius laborent speciales titulos ; cum
satius sit sub certis titulis generalibus ea
tractare , qvæ specialibus dicavit Bac-
cherius.

§. 8.

Deinde insigniores qvoqve descriptio-
nes poëticæ (sicut de oratoriis id sva-
simus proximo capite) diligenter anno-
tandæ , cum illæ mirificè illustrent do-
ctum poëma ; quâ in re ii , qvi habent
Baccherium , eruditum naœti sunt ducem ,
& facile , qvæ ab ipso prætermissa , pote-
runt supplere . Cæteri primum ex uno
aliqvo illustri poëta , mox è pluribus sua
augebunt collectanea .

§. 9.

Non sine gravi causa dico , ex uno ali-
qvo poëta , primum excerptum esse .
Nam qui per plures statim volitabit , ad
summa hujus studii vix aspirabit ,

§. 10.

Qui epitheta , in qvibus magna vis est ,
separatim colligere amant , Ravifii Tex-
toris librum epithetorum augere labo-
rabunt .

CAP.

(45.)

CAP. IX.

De excerptis rerum philosophicarum.

§. I.

Prorogredimur ad excerpta rerum, quæ distinguemus in excerpta rerum philosophicarum, philologicarum, (sub quibus pleraque ad variam quæspectant eruditionem comprehendemus) & superiorum, quas vocant, facultatum.

§. 2.

Quod ad excerpta philosophica attinet, quidam svident, ut ea secundum ordinem, quo compendia & systemata philosophica conscripta sunt, distinguuntur: sic ut quodvis thema & quævis quæstio ad sedem propriam referatur: e.g. logica ad Logicam, methaphysica ad Metaphysicam, physica ad Physicam.

§. 3.

Et sane nemini disfasor sim, ut ea quæ ad illustrationem l. compendii l. systematis sui in quavis philosophiæ parte spequant, ad compendium l. sistema, quod vel chartâ purâ distinguendum, l. cui in calce

(46.)

calce jungenda est charta vacua, reservet.
Imò qvi accuratius in philosophicis elaborare cupiunt , aut etiam id necessum habent, singularia volumina singulis philosophiæ partibus dedicare possunt. At n. qvia omnium fortunæ non permittunt, nec scopus etiam , qvem sibi præfixerunt, concedit , ut plusculos annos in solius philosophiæ studio occupentur, omnium rectissimè meo qvidem judicio facient, si, conceptis philosophicis principiis , de iis rebus in philosophia excerptis præcipue fuerint solliciti , qvarum usus se diffundit in illam superiorem facultatem, in qvâ sperant se vitam oimnem consumturos.

§. 4.

Certum enim atqve indubitatum est, qvod, sicut una philosophiæ pars magis inserviat theologiæ , alia magis jurisprudentiæ itemqve medicinæ ; ita in ipsis philosophiæ partibus nonnullæ qvæstiones occurrant, qvibus non perinde utatur ICtus ac Medicus , & vice versa.

§. 5.

Illustrabimus rem exemplo. Metaphysico studio nec theologus , nec ICtus, nec

nec medicus sine ingenti suo damno carere potest; attamen præclarissimorum virorum est sententia, majorem metaphysices usum propter strophas adversariorum refellendas in theologicis appare, qvam in jurisprudentia ac medicina. Et dantur tamen nonnullæ qvæstiones in doctrinâ, de causa efficiente & finali, qvarum major usus videtur esse in jure, qvam in theologia. Sic physices studium tam theologo, qvam I Cto & medico commendatum esse debet; attamen magis illud medico qvam theologo & I Cto conduce-re, tam est in vulgo notum, ut inde ortum traxerit tritum illud: Ubi definit physicus, ibi incipit medicus. Sed in his ipsis physicis, præsertim in doctrinâ de animâ, nonnullæ qvæstiones occur-rent, qvæ ipsis theologis magis inservient, qvam medicorum filiis.

§. 6.

Si quis igitur l. per se videt, l. per præceptores suos addiscit, qvænam in philosophicis ad scopum suum magis sint accommodata, non tantum in iis animo infigidis eò majus navabit studium, sed & in

(48.)

& in iis excerptis eò intentiori cum curâ versabitur.

§. 7.

Qvomodo cunque autem quis excerptis philosophica, videat, ne id confusè faciat, h. e. non omnia referat promiscuè sub unum titulum: sed (1) generali titulum constituendo & (2) speciales subjugendo, omnem suum thesaurum in certas classes distribuat.

§. 8.

E. g. Qvi in metaphysicis de causa finali qvid excerptere studuerit, non indiscriminatim omnia, qvæ de hac causa legit, in excerpta sua referat; nempe ut primò aliquid annotet de causa finali in genere; mox de fine cuius & cui, tum de fine interno & externo; mox iterum aliquid de causa finali in genere, denuo posthæc aliquid de fine interno & externo &c.

§. 9.

Nam si ita fese in excerptendo quis gesserit, multum temporis nec parum laboris consumetur, hæc, qvæ tam confusè sunt congregata, in unum acervum colligere si quis velit.

§. 10.

(49.)

§. 10.

Qvapropter primum generalem titulum scribemus majusculis literis :
FINALIS CAVSA.

Tum reliquo spatio, prout se offerent, quæ de specialibus finis distinctionibus reperimus, sub specialibus titulis consignamus, ubi in primis hoc instar arcani observare licuerit, ut, si quæ nobis obvenerint in legendis scriptis, quæ metaphysica non tractant dedita opera, attamen de rebus metaphysicis memorabilia quædam affrunt, eò diligentius annotentur.

II.

Exemplo ea, quæ diximus, conabimur illustrare. Metaphysicos omnes de causa finali agere, notum est, eo que etiam recurrere solemus, si quæ opus fuerit de hac materia l. disputationem aut exercitationem conscribere, aut opponendi officio defungi. At si forsan B. Musæus noster in scriptis theologicis tractaverit aliquid de causa finali in genere l. in specie, id eò studiosius suo loco notabimus, quod aliud, qui in Musæi scriptis legendis non adeò versatus est, forte non putet fore, ut ibidem hujusmodi aliquid extet. Et

D

solent

(50.)

solent sæpius , qvæ sic dispersa sunt per varia scripta , rara admodum & præclara esse. Qvamobrem illud monitum non per philosophica tantum excerptæ, sed per omne excerptendi genus , suam diffundet utilitatem.

§. 12.

Statim post generalem titulum causæ finalis , spatiū qvoddam relinqvi potest, in qvo consignentur autores, præfertim rariores , vel & disputationes , dissertationes , & qvæ de eâ sunt conscripta. Idem faciendum est in specialioribus titulis , qvi distinctiones causæ finalis proferent.

§. 13.

In qvæstionibus, ad hanc l. illam finis distinctionem pertinentibus eodem modo qvis se geret , sicutamen , ut qvandoque non scribat tantum nomina autorum, qvi de iis agant, sed certum spatiolum relinquit iis , qvi eam affirment , & certum itidem spatiolum iis , qvi eandem negent. Hoc institutum eò conducet , ut ex templo , si nobis una harum sententiarum l. confirmando l. confutanda sit , sciamus , qvos scriptores debeamus evolvere.

§. 14.

(51.)

§. 14.

Interdum etiam , præsertim si scri-
ptores ipsos , ex qvibus excerptimus , non
possidemus , rationes affirmandi & ne-
gandi brevissimis addere possumus .

§. 15.

Atqve hunc ad modum aliquis non in
metaphysicis tantum , sed in reliquis o-
mnibus philosophiæ partibus summo
cum fructu versabitur .

§. 16.

Eodem modo se res habet in rebus phi-
lologicis , & ad variam eruditionem spe-
cialibus . Nam saepius unus titulus ge-
neralis habebit non tantum specialia lem-
mata philologica , sed & philosophica , imò
nonnunquam theologica , juridica & me-
dica ; & major titulorum specialium series
ex hoc illo studio in uniuscujusque ex-
cerptis apparebit , qvo qvis uni l. pluribus
horum studiorum magis est addictus .

§. 17.

Hoc tamen adhuc est monendum ,
qvod nonnullæ res , pro diverso consi-
derandi modo , nunc ad hanc nunc ad
illam philosophiæ partem , nunc ad su-
periores facultates pertineant : qvæ in-

D 2

excer-

(52.)

excerptis nostris , si in uno aliquo volume maximam illorum partem habebimus , (aliter seres habet , si ad compendium l. sistema nostrum aliquid referimus , aut singularia in hac l. illa philosophiae parte & in superioribus facultatibus excerptorum volumina habemus) non sunt operose distingvendæ , sed sub uno titulo generali , specialibus titulis distincto , comprehendi possunt . Nam judicium utentis singula distingvet , & quodcum unumquodque spectet , docebit .

CAP. X.

De excerptis rerum philologiarum.

§. I.

Quid sit philologia , & circa quæ occupetur , varia sunt doctorum virorum opiniones , quas tantum abest ut examinare velimus , ut neque recensere nobis sit in animo . Legi hac de re possunt Gvilielmi Budæi de philologiâ libri duo . Waizii dissertatio de philologiâ , & imprimis Gerhardi Iohannis Vossii singularis de philologiâ liber .

§. 2.

(53.)

§. 2.

Gabriel Naudæus in syntagmate suo de studio liberali ad universam philologiam novem capita requirit (1) lingvarum notitiam (2) eloquentiam (3) poëticen (4) geographiam (5) chronologiam (6) historiam (7) antiquitates (8) fabulas (9) criticam.

§. 3.

Hanc divisionem si intuemur , qvam latè patens sit philologiæ campus , & qvam multa in philologicis excerptenda, utiqve videmus. Attamen qvia pleraq; ad linguas qvæ spectant, lexicis adscribi; qvæ ad eloquentiam & poëticen pertinent, ad phrases & formulas tam oratorias tam poëticas referri possunt ; restat ut de reliqvis, nempe geographicis, chro-nologicis, historia, antiquitatibus, fabulis & criticis aliquid dicamus.

§. 4.

Non erimus jam solliciti , qvam bene hic geographicæ & chronologica ab historicis distinguat Naudæus : cum alias certum sit, qvod studium historicum tam geographiam qvam chronologiam suo complectatur ambitu ; imò ad id etiam

D 3

anti-

(54.)

antiqvitates, qvin & fabulæ referri possunt; qvæ m. ipsius Vossii sententia est de philol. cap. X.

§. 5.

Sufficiat id paucis tetigisse, qvod historia stricte sic dicta τὸ ἀρχαγματικὸν s. actiones humanas attendat: geographia totius orbis situm ob oculos nobis ponat; chronologia temporum rationem habeat.

§. 6.

Cæterum qvomodo in historicis, geographicis & chronologicis excerptendis aliquis se gerere possit ac debeat, nunc breviter ostendam.

§. 7.

Qui lexicon habet nominibus propriis distinctum aut singulare nominum priorum dictionarium, is nisi multa velit excerptere in his studiis, vel ad marginem lexici, quæ in eodem non extant, memorabilia referet; vel si qvis chartæ vacuae ad calcem lexici, qvæ compingi potest, observatu digna inscribere maluerit, in ipso saltim lexico notabit locum, ad quem hæc vel illa observatio pertineat: estqve hic eadem methodus,

qvam

qvam in nominibus appellativis obser-
vandam esse svasimus. e. g. ubi de Julio
Cæsare , Theodosio , Iuliano , Pompejo ,
M. Crasso , Peloponneso , Corintho ,
Constantinopoli , Persepoli &c. obser-
vatu digna in lectione historicorum aut
aliorum etiam scriptorum occurunt, bre-
vibus ibidem in lexico , ubi horum no-
minum priorum explicatio habetur,
sunt notanda , aut lexico adscribenda est
illa pagina , qva in ad finem lexici no-
stram observationem consignavimus.
Ut adeò dictionarium nostrum sit nobis
instar indicis super nostras observa-
tiones.

§. 8.

Cui verò tale lexicon non est ad ma-
nus , aut aliàs non est volupe hanc viam
seqvi , is in excerptorum miscellaneo-
rum volumine instar tituli generalis no-
tabit nomen proprium , ac deinceps ea ,
qvæ de hoc proprio nomine reperit , in
distinctos speciales titulos dividet.

§. 9.

Quoniam autem multa reperiuntur in
historicis , qvæ commodè ad illustranda
ac confirmanda axiomata ethica & poli-

D 4 tica

(56.)

tica adhiberi possunt , satius est , ut illa
ad proprium suum referantur locum ,
qvam ut sub nominibus propriis eadem
tractentur . Si qvando tamen singula-
ria fuerint , nihil refert , qvo minus
utroqve loco consignentur .

§. IO.

Qui in chronologicis sollicitius ver-
fari cupiunt , qvæstiones aliaqve dubia
chronologica vel in certum librum , vel
ad tabulas chronologicas , vel ad com-
pendia aut systemata chronologica secun-
dum seculorum seriem referent .

§. II.

Antiquitatum veterum tam sacrarum
qvam externarum cognitio jucundissima
æqve ac utilissima , suumqve fructum per
varia doctrinæ genera diffundit . Qvis
quis igitur in iis excerptis collocabit
operam , sub titulo generali , sed speciali-
bus identidem distincto , indies augebit
sua collectanea e. g. in antiquitatibus ex-
ternis sub his & similibus titulis genera-
libus : *Capitolium , Curia Romana , Di-
ctator , Censores , Triumphus , Ludi Cir-
censes , Ludi Seculares , Bacchanalia &c.*
multa referri possunt singularia . Idem
ali-

aliqvis faciet in his & geminis antiquitatibus sacris hebraicis : *Tabernaculum Mosaicum, Templum Hierosolymitanum, Pontifex Maximus Hebreorum, Circumcisio, Agnus Paschalis, Synagoga, supplicia Hebreorum capitalia.* Pari modo aliqvis se gesserit in his atque aliis antiquitatibus veterum christianorum : *Altaria, ritus baptismales, Calumniæ pagorum in veteres Christianos, Cantica veteris ecclesiae, Catechumeni, Concisiones primivæ ecclesiae, disciplina ecclesiastica, epistolæ ecclesiastice &c.*

§. 12.

De fabulis non est cur exquisitus nunc agam, cum paucos hodie reperias, qvi iis perlegendis & recensendis ament vacare. Attamen qvia ad philologiam spectat illarum enarratio, & sine earum cognitione in poëtarum, imò & aliorum scriptorum veterum lectione feliciter progredi non licet, non planè sicco pede præterire eas volui, svasorqve sum, ut qvando aliqvis summa illarum capita ex elucidario poëtico aut alio ejusmodi scripto hauserit, l. ad hos libellos, l. si mavult, ad lexicon rariores observationes in hoc studi-

studiorum genere transferat, aut his etiam annotationibus miscellanea sua excerpta distinguat.

§. 13.

Denique hic aliquid dicendum est de criticis excerptis. Qvod si autem critica est illa pars philologiæ, quæ de cunctis scriptoribus, præcipue poëtis, judicium præmittit; neque id universè modo, sed etiam de singulis, quæ in eis legendis veniunt in controversiam; excerpta Critica partim ad singulorum nominum tam propriorum quam appellativorum explicationem, partim ad reliqua, de quibus diximus, excerpta philologica pertinēbunt. Quomodo tamen separatim quis judicia de poëtis, aliisque scriptoribus ad unum omnibus, colligere possit, de eo, cum de singularibus quibusdam excerptis agemus, erit dicendum.

CAP. XI.

De excerptis theologicis.

§. 1.

HAEC non sunt unius generis. Alia enim exegética, alia theoretica, alia denique practica constitui possunt.

§. 2.

(59.)

§. 2.

In' exegeticis methodus mea talis est.
Si offertur mihi dicti alicuius biblici explicatio , ubicunqve talem repererim , in margine singularis , hunc in finem confeti , voluminis manuscripti annoto librum , caput , versum ex bibliis . In medio paginæ l. paucissimis interpretationem dicti consigno , una cum auctoris , ex qvo desumo observationem , nomine , libro , capite & paginâ . In bibliis verò meis minio subduco locum , addoqve manuscripti mei paginam , in qvâ reperiatur illius dicti explicatio . Perinde autem est , si manuscriptum tuum in 4to sive in 8vo complices : in folio non eqvidem essem svasor . Porro excerpta illa exegetica in manuscripto per A, B, C, D, poteris distinguere ; ut A designet primam observationem paginæ , B secundam , C tertiam , D quartam & deinceps . In hac reto-
tius negotii cardo versatur .

§. 3.

Theoretica excerpta , in qvibus polemica potissimum consignantur , plerique secundum ordinem , qvem B. B. Hutterus aut Gerhardus in LL. theologicis ob-
terva-

servarunt , conscribenda esse censem.
Qvanquam is etiam arbitrarius esse possit,
 si modo indice legitimo excerpta sint in-
 structa. Quod si verò prior modus placue-
 rit, non essèm autor, ut integri chartæ sca-
 pi compingerentur, sed singulis locis duo
 l. tres assignari poterunt quaterniones ,
 qvibus scriptione repletis plures proce-
 dente tempore jungantur. Neqve ta-
 men quaterniones scriptione plenos dum
 commemoro, ita intelligi velim , ac si sta-
 tim omnia undique sint manuscriptis
 obruenda, ut nihil spatii sit reliquum ; sin-
 gulis enim quæstionibus imò argumen-
 tis etiam sui sunt tribuendi loculi, qvi sen-
 sim & pedetentim , accidente præsertim
 lectione sedulâ impleantur , in qvorum
 locorum , ut ita loqvar , strukturâ non le-
 ve excerptorum momentum situm est.
 In primis autem cavendum ne omnia pro-
 trita omnibusqve obvia confignemus, sed
 difficiliora , rariora , ab aliis prætermissa ,
 siqvidem occurrant.

§. 4.

De theoreticis excerptis pro instituto
 satis. Pergo nunc ad practica. Hæc plu-
 rimi secundum catechesin construenda
 statu-

statuunt, ut in promptu habeant dicta b
 blica, & exempla qvibus virtutes com
 mendent & vitia vituperent, & alia, qvæ
 praxi inserviunt, congerant. Ejusmodi
 ordinem subministravit B. Gerhardus in
 schola pietatis, cuius etiam ductum B.
 parens meus est secutus. Dresdæ etiam
 hoc seculo an. VII. prodiit index gemi
 nus thesauro LL. communium theologi
 corum præmittendus una cum hypo
 typosi, in qva simplicioribus LL. colli
 gendorum ratio monstratur in gratiam
 & usum studiosorum theol. concinnatus
 & M. Polycarpo, D. Polycarpi Lyseri filio,
 Tbingam studiorum suorum confir
 mandorum gratiâ proficiscenti, propem
 tici loco ab amico dedicatus. Prior in
 dex ostendit, qvomodo LL. communes
 secundum seriem catecheticam sint colli
 gendi, ipsosqve titulos repræsentat, al
 ter index seriem observat alphabeticam.
 Verum enim verò si modo index reëte
 se habuerit, perinde est, qva methodo
 scribantur, imò promiscua illa scriptio
 præ alterâ illa catechetica mihi videtur
 commodior. Promiscuam enim scri
 ptionem dum nomino, non confusam
 & in-

& inordinatam intelligo , sed id tantum designare volo , nihil referre , qvis titulus generalis præcedat , qvisve seqvatur , modo speciales tituli sub generalibus illis probè distinguantur , nec omnia in unam massam constipentur . Hi autem speciales tituli instar thesium constituen- di sunt , qvorum singuli singulis respondeant enthymematibus , e. g. sub titulo generali castitatis hi & sequentes alii disponentur tituli . e. g. *castitas virtus pulcherrima , Deo maximopere placet ; eā delectantur angeli , à prudentioribus ethnicis laudata , ab iisdem exercita , sanitatis conservatrix &c.* Sub titulo impudicitiae hi & sequentes tituli speciales locum habebunt : *Impudicitia vitium deterrimum , Deo exosum , angelis abominatio , ethnicis vituperatum , variorum morborum mater &c.*

§. 5.

Singulis thesibus mediocre tribuatur spatium , cui autorum nomina & loca inscribantur . Si ipsos non possides autores , & de iis in potestatem tuam redigendis desperas , selectiora excerptantur . Alias ut in universum fuit monitum , ita hic

hic speciatim repetendum , ne multa exscribamus. Tempus enim labitur , & decem pluresque lineolas prius legimus , quam unam scribamus. Sitamen in paucis verbis rei cardo versabitur , ne incommode exscribantur , ne tempus , quod libris è scriniis petendis datur , pereat.

CAP. XII.

De excerptis juridicis & medicis.

§. I.

Quoniam corpus juris tam civilis quam canonici idem est Iectorum filiis , quam SS. biblia theologis , & id propter iisdem .

nocturna versanda manu , versanda
diurna ,

fasor sum , ut si aliquis nonnulla ob-
servaverit ad illustrationem corporis
juris civilis pertinentia à Godofredo I.
modio prætermissa , I. ad corpus juris ca-
nonici spectantia à Casp. Zieglero omissa ,
ea referat in certum librum , qui quodam-
modo respondeat illi libro , in quo theolo-
giæ cultorem exegetica colligere debere
osten-

ostensum est. Nam in margine notari potest liber, titulus, lex, paragraphus, de qvo aliquid observamus. In medio v. chartæ scribenda sunt ea, qvæ ad ipsius loci illustrationem pertinent, addito auctore & loco ubi illa extat observatio. Corpus enim juris potest esse instar indicis super has observationes, dum in margine pagina manuscripti notatur, ubi consignata est illa observatio. Hanc certè methodum multò commodiorem esse existimo, qvam si qvis margini ipsius corporis juris has observations alleverit.

§. 2.

Deinde qvoniam multum conduit jurisprudentiæ cultori significationes vocum juridicarum nosse, autor sum, ut qvis in tempore fibi de lexico qvodam juridico prospiciat, & ad illud referat, qvæ in hoc genere observata à lexicographo sunt prætermissa. Commendari autem solent præ cæteris lexica juridica Scharffii & Calvini. Nam licet Brissonianum etiam præclarum sit, admodum tamen est imperfectum, & magis in antiquitatibus juridicis, qvam in iis, qvæ ad praxin pertinent, occupatum est.

§. 3. In

(65.)

§. 3.

In cæteris non alia forte methodus est in colligendis excerptis juridicis, quam in theologicis aliisque studiis, ut scil. sub uno titulo generali, in speciales iterum distributo, ea congerantur, quæ aliquis in hoc studio sibi fore putat usui, neque opus esse existimo, ut id inculcem pluribus. Legi interea possunt, quæ de excerptis juridicis Ieremias Drexelius Auffid: lib. II. cap. x. §. 2. differit.

§. 4.

Quandoquidem tamen multi hodie ex Ictis politica obeunt munera, ipsa docet ratio, quo jurisprudentiæ studiosi in tempore solliciti sint de excerptis politicis. Præterea, quia saepiuscule ab illis habenda sunt orationes politicæ, scil. latine scil. germanicè conscriptæ; non parum etiam ipsos juverit Christiani Weifii liber, quem inscrisit den politischen Redner.

§. 5.

De excerptis medicis hoc habeo dicere, quod sibi quis in tempore notitiam compararebeat librorum variorum, qui de variis humani corporis morbis eorumdemque curâ scripserunt. Quomodo autem

E

tem

(66.)

tem per breve temporis spatum sibi tam medicinæ cultor, qvam cæteris facultatis addicτus, magnam parare possit librorum cognitionem, brevi ostendam in singulari collegio de paranda librorum cognitione. Commendaverim tamen præ cæteris Georgii Waltheri medici Lignizenfis sylvam medicam, qvam aliquis per additiones & supplementa, librorum præfertim aliorumque scriptorum noviter editorum, augere poterit.

§. 6.

Post illa, qvoniam in singularibus, ut vulgo vocantur, receptis, magna medici consistit felicitas, omnem movebit lapidem juvenis medicinæ addicτus, ut talia investiget, & in certum librum referat. Id quod promiscuè potest fieri, modo in indice notetur, quem contra morbum hæc l. ista recepta faciant. Atq; hoc intelligendum est de ejusmodi receptis, qvæ non putamus typis exscripta esse. Nam si vel in disputationibus l. in aliis scriptis medicis ejusmodi recepta consignata sunt, non opus est, ut scribantur integra: sed locus tantum ubi extant, vel in libro illo receptorum

ptorum, l. in alio excerptorum medicorum libro annotare poterit.

§. 7.

Si cui autem promiscua & tumultuaria excerptendi ratio , medico certe studiose vitanda erit. Qvia n. interdum ad ægrotos repente citantur , ac tum non superat illis tantum temporis , ut varios libros consulant ; si ordinatim conscripta habuerint excerpta medica , magno id ipsis fuerit levamini. Qvamobrem morbi non tantum probè sunt distinguendi, sed & specialia, qvæ de morbis occurrunt, in certas classes sunt distribuenda. Non ergo promiscue ad titulum *Febris* , qvæcunq; de febribus legeris, sunt referenda, sed, qvæ de febri quotidiana, de febri tertiana, de qvartanâ, de febri dupli & triplici , de febribus malignis &c. occurrunt, distinguenda , ut & specialia porro , ad singularium harum febrium naturam & medelam spectantia, sunt separatim sub specialibus titulis annotanda.

(68.)

CAP. XIII.

De Excerptis quibusdam singularibus.

§. 1.

POstquam a. Drexelius triplicis generis exempla, lemmata videlicet, adversaria ac historica proposuit, parte III. c. i. & seqq. singularia qvædam tradit excerpta à se observari solita, qvæ singulares appellat industrias. Ad hujus imitationem nos quoque nonnulla excerptendi genera trademus, in qvibus singulariter quis occupatus esse possit.

§. 2.

Ut autem appareat, nostra à Drexelianis differre, brevibus singularium illarum, à Drexelio propositarum, industriarum indicem afferemus (1) Res nummaria cum suo indice (2) Lusus urbani, facetiae, sales & joci (3) epitome in Cæfarem, Livium, Tacitum, Svetonium, Sallustium, Curtium, Cæfarem, Senecam, utrumque Plinium, Lipsium. (4) Duplicis ordinis profani & sacri excerpta, (5) Loci communes solutæ ac ligatae orationis

nis

nis. (6) Verborum & sententiarum excerpta (7) Miscellæ eruditionis excerpta.

§ 3.

Qvod ad tria priora singularis industriae specimina attinet, fateor, eadem separatis libellis non incommodè posse tractari. Neque tamen video, cur aliquis illos autores, quos à capite ad calcem excerpit, in singulare redigat compendium; cum jam omnia beneficio excerptorum in succum, qvod ajunt, & sanguinem redegerit. Fieri tamen potest, ut nunc hoc, nunc illud scriptum nobis præ cæteris placeat, aut scopo nostro credamus inservitrum, ac id propter in compendium velimus redigere. Cæterum ad quatuor posteriora non opus putaverim novâ nos indigere industriâ. Nam sacra excerpta maximam partem pertinent ad theologica; profana verò l. ad verba, l. ad phrases & formulas, l. ad res referentur; in quibus quomodo nos gerere debeamus, abundè à nobis in superiori ostensum est. Qvomodò item loci communes & solutæ & ligatæ orationis, verborum item & sententiarum excerpta sint constituenda, itidem recen-

E 3

suimus.

suimus. Denique miscellæ eruditioñis excerpta ad tres classes commodissimè referentur : ut non sit necessum, peculiares libros in hunc usum confidere. e. g. Drexelius scribit, se in hunc librum congesisse singularia quædam ab aliquibus nunquam facta , e. g. qui nunquam mentiti , qui nunquam irati , qui nunquam juraverint , nunquam riserint , fleverint , fitiverint ; Qui nil cocti ederint , è mensa nunquam saturi abierint , nunquam litigaverint , nunquam laverint , dormientes nunquam jacuerint.

§. 4.

Verum quid vetat hæc retulisse I. ad tit. mendacii , iræ , juramenti , risus , fletus , cibi , voracitatis , litigium , lotionis , somni ? item ad tit. *Nunquam* ; quam hæc & similia singulari libro convolare. De poculis multa eodem loco proponit Drexelius , quæ non video , cur non in realibus , sub tit. De poculis , commodius conspiciantur , quam in hoc singulari libro : ut taceam nimis promiscue lemmata ista congesta esse , & multo distinctius à diligenti homine tractari posse.

§. 5. Nos

(71.)

§. 5.

Nos igitur, missis singularibus Drexe-
lii speciminibus, alia qvædam afferemus.
Et (1.) qvidem observari merebitur hoc
generale monitum : De qvacunqve re
plurima colligere apud animum consti-
tuisti, eidem certum affigna libellum :
qvi, perinde fuerit, s. formâ 4ta, s. 8va, s.
etiam oblongâ, & ut vulgo ajunt, in folio,
fuerit complicatus. Nullum mihi est du-
biuum, qvin illud observarint præclarissimi
viri, qvi de singularibus & rarioribus ar-
gumentis præclaros passim conscripsere
libros, utpote de aleâ, altaribus, annulis,
barbâ, bacchanalibus, campanis, capito-
lio Romano, cerevisiâ, conviviis, coro-
nis, cruce, donariis s. tabellis votivis, fu-
neribus, navibus, nucibus, ostracismo,
penula, saltatione, strenis, torqvibus, ve-
stibus.

§. 6.

Poterit igitur aliquis maturè sibi unum
aut plura argumenta feligere, de qvibus
multa excerptat, ut l. de iis disputatio-
nes, dissertationes, aut libellos, ali-
qvando concinnet. Sic ego mihi præter
alia, januas veterum & cruciatus marty-

E 4

rum,

rum , de qvibus singulares libri prodierunt , nuptias veterum Romanorum , calceos veterum , sagittas & sagittarios veterum , zonam antiquorum , lectores & lectiones primitivæ ecclesiæ , & plura alia , selegi , de qvibus , si Deus vitam , valetudinem & otium indulserit , singulares libros edere constitui . Et licet jam de nuptiis Barnabas Brissonius , de calceis Benedictus Balduinus singularibus egerint libellis , non parvum tamen post illorum messem mihi relictum spicilegium , imò (qvod absqve jactantiâ dixerim) collectanea mea ita esse comparata , ut pro messe meâ nonnullorum scripta instar spicilegii sint reputanda , affirmare audeo .

§. 7.

Qui autem de talibus singularibus materiis qvædam vult colligere , ante omnia sollicitus esse debet , annon aliis easdem dextrè pertractaverit : id enim si est , cui usui dicta denuò dicere , & qvod est in proverbio , post Homerum scribere iliada . Si verò alii non tam plenè argumentum illud pertractarunt , præ cæteris , qvæ ab iis sunt prætermissa , obser-
vabi-

vabimus , eorumque , si qui fuerint , errores manifeste emendabimus . Si cui unius alicujus s. veteris s. recentioris alicujus scriptoris stylus salivam moverit , ut ad hujus similitudinem epistolas , orationes , dialogos , historias aliaque scribere gestiat , is excerptis ex hoc auctore singularem attribuere poterit librum . At verò excerptendi ratio non differet ab eâ , quam supra inculcavimus , nisi quod omnia multò sollicitius , prope dixerim superstitionis , sint excerptenda .

§. 8.

De singularibus materiis ex antiquitate jam jam diximus : si quis tamen totam antiquitatem s. externam s. sacram aggre- di conatur , is ad Rosinum à Dempstro locupletatum , l. Kippingii recensum antiquitatum Romanarum , l. Iosuæ Arndii lexicon antiquitatum ecclesiasticarum , l. Zimmermanni commentarium ad Tertulliani dictum : *Fiunt non nascentur Christiani* , sua excerpta instruat .

§. 9.

Non autem puto opus esse , ut quis chartâ vacuâ hos similesque libros distingvat , sed vel in fine horum librorum chartam

mundam compingi curabit, l. alias in singularibus libellis antiquitates ab iisdem prætermisas annotabit. Ego qvidem Rosino meo chartam puram curavi infi-gendam : sed diu est, qvod hujus me pœ-niteat instituti. Licet enim non pauca in antiquitatibus Romanis congesserim à Rosino & Dempstro prætermissa ; in longè tamen pluribus locis nil nisi chartam puram conspicio, nec unquam puto fore, ut omnia manuscriptis notis reple-antur.

§. 10.

Qvia verò cognitio de vitâ & scriptis eruditorum virorum insignem per omnem vitam habet usum, suosqve fru-ctus in omne literarum genus diffundit, singularis industriae specimen fuerit, si quis librum confecerit, notitiam omnis generis scriptorum exhibentem. Qvo in qvam ego hactenus observaverim methodum, citra invidiam aperiam. Cum adhuc in patriâ scholâ Lüneburgensi ver-farer, ductu B. patris mei Tobiæ Magiri ~~πονυμολόγιον~~ criticum chartâ mundâ feci distingvendū, ut scilicet ad illud alia elo-gia (nam in his potissimum versatur car-do

(75.)

do libri) transcriberem. Hic labor,
qvem in scholâ Lubecensi continuavi, pe-
detentim crevit, sic ut post triennium nul-
la fermè esset pagina, qvâ in non aliquid
mearum observatiuncularum extaret.
Longè autem major huic libro facta est
accessio, postquam non elogia modo, sed
alia qvævis, ad notitiam clarorum viro-
rum & ab iis confectorum scriptorum
pertinentia, colligere cœpi, ut adeò, illa in
publicum si dare sustinerem, triplo ma-
jus corpus, qvam illud est Magiri, facile
liceret conscribere.

§. II.

Præterea Georgius Matthias König,
professor Altorffinus anno MDCCLXXVIII.
edidit bibliothecam veterem & novam, in
qvâ Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum,
Arabum, Persarum, AEgyptiorum, Græ-
corum & Latinorum per universum ter-
rarum orbem scriptorum, theologorum,
Ictorum, medicorum, philosophorum,
historicorum, geographorum, philologo-
rum, oratorum, poëtarum, patria,
ætas, nomina, libri, sæpius etiam eru-
ditorum de iis elogia, testimonia & ju-
dicia, summa fide atqve diligentia ex quo-
tidiana

tidianâ autorum lectione deprompta, à primâ mundi origine ad annum usque laudatum MDCLXXVIII. ordine alphabetico digesta, gratissimâ brevitate recensentur & exhibentur. Hunc librum feci chartâ mundâ distinguendum, ac subinde soleo ad illum colligere non tam judicia, qvam libros & scripta, ab autore prætermissa, aut qvæ post annum dictum prodiere. Qvod si igitur hanc viam velit aliquis seqvi, aut instar indicis tantum habere Königium, & in singulari libro alio hæc & talia habere, perinde id fuerit: certe unumqvmqve hac de re docebit studiorum scopus, l. ex his studiis concepta delectatio. Qvod si v. hic labor alicui fortassis nimis diffusus videbitur, is certum genus scriptorum eligat. Sed tum ante omnia certam sibi notitiam paret plerorumqve illorum autorum, qvi idem jam tractârunt argumentum, nesc. ab aliis jam collecta colligat, &c, qvod est in proverbio, actum agat. De his autem scriptoribus brevi, Deo volente, peculiari diatriba, de cognitione librorum parandâ, agemus.

(77.)

§. 12.

Præterea aliquis sibi in tempore destinare potest s. unum s. plures scriptores veteres , qvos commentariis illustrandos sibi sumat , & ad eos , qvæcunque ad eorum expositionem , ad uberiores illustrationem tam in stylo qvam in rebus ipsis pertinere videbuntur , referat . Hoc modo eqvidem jam à pluribus retro annis Iustinum historicum selegi , ac speciminis loco exercitationes in librum primum publicæ disqvistitioni , sub illustris viri Hermanni Conringii præficio , expositas Helmstadii in lucem dedit : ac porro in hac academia aliquot exercitationes in librum II. conscripsi , qvarum plures fortassis cum tempore sequentur . Tum verò , qvia in Salfeldensi scholâ eclogas Virgilii interpretatus sum , non cessavi ad eosdem plures colligere observationes , qvæ forsan modico libello suffecerint .

§. 13.

Si cui autem externus scriptor displacet , is christianum qvendam in manus sumat , & præsertim unum atqve alterum ex antiquorum patrum scriptis . Nam certè inter hos nonnulli sunt , qui doctos

doctos desiderent interpretes. Imò l.
qvis librum qvendam biblicum præ cæ-
teris sibi poterit eligere , ad qvem colli-
gat , qvæ ad ejus illustrationem ficerint ,
modo prius sibi conquisiverit notitiam
illorum scriptorum,qvi in sacræ scripturæ
librum commentati sunt. Qvæ notitia
unde sit haurienda , itidem , volente
Deo , in collegio de notitiâ librorum ape-
riemus.

§. 14.

Dispositionem in his si qvis à me qvæ-
siverit, non aliam in sacris commando ,
qvam qvæ in exegeticis jam tūm est osten-
sa ; nisi forte qvis in singulari libello hæc
voluerit consignare , ac tūm forte singula
libri sacri capita & versus poterit nume-
rare in singulari chartâ , & ad hos nume-
ros paginas & partes paginarum suorum
excerptorum annotare. Idem aliquis fa-
cere poterit in scriptoribus externis, quo-
rum pleriqve in capita & paragraphos
sunt distincti. Si qvis tamen etiam ad
marginem horum scriptorum voluerit
notare paginas excerptorum,neqvaquam
prohibuerim. Geminum in modum ali-
quis se gerere potest in commentatore

ad

(79.)

ad certum juris titulum , eundemque
prout est in leges distinctus, ita etiam in-
star indicis habere hos distinctos titulos,
ad quos scribi possint excerptorum no-
strorum paginæ.

§. 15.

Historica quomodo esse debeant excerpta , jam supra à me ostensum est singu-
lariter. Quivisque verò si in externâ si in ecclesiasticâ historiâ longè plurima cupit
excerpere , & in studio historico excellere ,
is felicitat sibi certum autorem , qui histoi-
riam secundum seculorum seriem dextrè
pertractârit , & ad hunc ea referat ,
quod le. breviter sunt tacta , le. ab autore
planè praetermissa . Si quivis enim vel se-
dulo urserit per modici temporis spatiū ,
non modicum sibi comparabit in histori-
cis thesaurum . At enim si ejusmodi li-
ber , ad quom historica collegerit , non
fuerit instructus certo indice , novum
conficiat necesse est , aut si habuerit ta-
lem , eundem diligenter suppleverit .

§. 16.

Si quivis singularis alicujus provinciæ ,
regni , ducatus , comitatus , episcopatu-
s , aut etiam urbis , ac patriæ inpri-
mis ,

mis , l. cuius historia nobis præ cæteris debet esse commendata , singulariter velit colligere ; is promiscuè quidem , qvæcunqve se obtulerint , in certo libello annotabit , sed super illum ut indicem conficiat , necessum est . Hic duplex esse potest , alter alphabeticus , rerum scil . præcipuarum , alter annorum , incipiens ab extremis antiquitatibus , & in suâ ætate desinens . Imò verò qvam diu viixerit , memorabilia , qvæ suâ ætate accidunt , in librum hunc , vel etiam in indicem referre poterit . Hoc modo aliquis cum tempore magnam sibi rerum patriarchum notitiam comparabit , ac porro bonum se patriæ civem tam in sacro qvam in civili munere præstabit . Et ut verum fatear , ipse huic viæ hactenus instituitam in historiâ Thuringica , qvam in pluribus aliis , qvarum specimina non pauca proximis his annis prodierunt .

§. 17.

Singularis porrò industriae in historiis specimen erit , si quis diligenter annotaverit , qvid singulis totius vertentis anni diebus præ cæteris memorabile gestum , qvam illustres clariqe viri hoc vel

vel isto die nati, qvinam denati, qvinam sepulti, qvænam in politia ecclesiastica & civili mutatio, qvænam prospera, qvina casus tragici acciderint, & ejusmodi alia. Facit id mirificè ad jucundas in conviviis aliisque congresibus narrations, & in ipsis concionibus sacris interdum locum habet. Qvoniam autem jam tum in hoc genere prodiit calendarium historicum Pauli Eberi, idque sic cinnatum est, ut plura adscribi possint, idem ad hoc institutum adhibere possunt ii, qui his studiis delestantur. Mihi præcæteris placuit editio VVittæbergensis anni MDLXXIX apud hæredes Iohannis Cratonis excusa in 4to, qvæ an maiorem postea accessionem acceperit, ambigo.

§. 18.

Aliud porro specimen fuerit, confice
re bibliothecam geographicam, h. e. scri
ptores consignare, qui de qvavis regi
one, illustribus etiam urbibus, flumini
bus, academiis &c. scripserunt: Qvo in

F

gene-

genere non levis mihi apparatus ad Phili-
ippi Cluverii introductionem in univer-
sam geographiam, à Bunone locupleta-
tam, est congestus.

§. 19.

Ad singularis etiam industriæ specimi-
na referam illum excerptendi modum in
politicas de rerumpublicarum variarum
cognitione ab Hermanno Conringio
coimmendatum in collegio manuscripto
de rebuspublicis principalioribus, exce-
ptâ Germaniâ, qvem ipsis illustris viri
verbis latino - Germanicis dabo.
*Autor etiam non possum non esse, ut confi-
ciatis vobis adversaria, inque iis omnia
notetis, quæ ad rerumpublicarum notiti-
am notatu digna leguntur & audiuntur.
Debent autem illa adversaria hoc modo &
hac ratione confici: Dass man nemlich
ein oder zwey Buch Papier einhefsten lasse/
rudi adhuc forma, und nehme einen Bogen
zu einen Titul / und notire darauff einer je-
den republic- Nahmen / darnach schreibe
die notatu digna cuiuslibet reipublicæ. Ist
der Bogen voll / hessste ich einen andern zwis-
schen*

schen ein / oder nehme einen andern ausser
 Ordnung / weil hierzu gar keine Ordnung
 möhtig ist. *Ad marginem notari potest*
summa paginae. *Si itaque tali modo insi-*
tuatur via ad cognitionem hanc dicens,
brevi temporis spatio thesaurum magnum,
& accuratam omnium rerum publicarum
cognitionem, comparare sibi aliquis pote-
rit. *Poterit insuper cum magnâ admira-*
ratione de rebus publicis omnibus differere.
Et ad hunc modum ego admodum adoles-
scens mea adversaria institui, & alios
etiam id docui, qui dein magnas mihi ege-
runt gratias. *Et novi, quod hoc modo sibi*
compararint ingentem & mirandam o-
mniūm rerum publicarum cognitionem.
Quò autem cognitio alicujus reipublicæ
alicui magis est necessaria, eò major etiam
eius cura est habenda. *Initio quidem illa*
videntur esse rudia, sed opus est diligentia
& accurata lectione, tūm poterit sibi quis
omnium rerum publicarum cognitionem
insignem comparare. *Credite mihi ex-*
perto, & aliis viris doctissimis. *Hæc*
Conringius.

§. 20.

Peregrinantibus omnino opus est his
 F 2 adver-

adversariis, qvia ordinaria excerpta non facile possunt circumferri, neqve opportunitatem habent loci l. temporis, ut possint audita, l. visa & lecta ad certos suos titulos referre. Itaque promiscue scribant hæc in adversariis, addito anno, mense, die, itidem nomine urbis, pagi, templi aut etiam domus, in qvibus aliquid observarunt. Qvod si qvis etiam velit pro singulis regnis & provinciis novum volumen adversariorum facere, si præfertim diu ibi moretur, id sanè fuerit utilissimum. e.g. adversaria Angliæ, Galliæ, Italiæ, Hollandiæ &c. In margine autem horum adversariorum ad singulas obseruationes breves tituli, summam rei complexi, confignentur. Neqve porro opus fuerit, integras obseruationes transcribere in excerptorum libros, sed sufficerit sub suis titulis tantum paginas adversariorum notare.

§. 21.

Atqve hic diatribæ nostræ de methodo excependi finis esto. Promisso me fecisse

-Tsvbs

(85.)

fecisse satis , nullus dubito affirmare ,
nulla enim in his arcanis , qvntum e-
qvidem in illa penetrare potui , celavi ;
omnia candidè citra invidiam exposui.
Faxit Deus ut ad sui nominis gloriam &
studiorum nostrorum incremen-
tum vergant , id qvod ex toto
pectore precor.

F I N I S.



INDEX

(22)
22. Menses mideb. aulon. eis. 22.
22. Menses mideb. aulon. eis. 22.



INDEX

INDEX RERUM ET AUTORUM.

A.

- A**cclamandi formulæ. p. 38.
Actum non est a-
 gendum. 31
Admirandi formulæ 38
Adversaria peregrinan-
 tibus necessaria 83
Alphabetic⁹ ordo Schef-
 feri ab Autore non
 probatur. 17
Amicitiæ 24
Amicorum paria ib.
Amicus ib.
Amor ib.
Antiquitatum excerpta
 qvomodo conficien-
 da? 56
Apulejus 28
Arbor 43
Argenteæ ætatis vocabu-
 la sunt excerptanda. 29
Arndius Jos. 73
Anobius 28
Audita dignioris notæ
 sunt excerptanda. p. 4.
Aireæ ætatis vocabula
 debent excerpti. 29
Autoris admonitio ut

- excerpta ab omnibus
 fiant. 8
Autoris judicium de ex-
 ceptis Drexelii singu-
 laribus. 69. seq.
 - mens de excerptis
 qvæ sint utui ali-
 qvando futura s.s.
 - mens & fides in hoc
 comment. 3 seq.
Autoris method⁹ in ver-
 bis excerptendis. 13 seq.
Autor phraseos &
 formulæ in margine excep-
 torū a notandus est. 35

B.

- B**accherius p. 41. seq.
Balduinus Bened. 72
Biblicus liber 78
Bibliotheca Geograph. 81
Brissonianum Lexicon 64
Brissonius 72
Buchnerus 25
Budæus Gvil. 52
Buno 82

C.

- C**alvinus p. 64.
Castitas 62
Causa finalis 49 seqq.
G Char.

INDEX RERUM ET AUTORUM.

- C**harta bibula aduersatur
scriptioni conciñori. ib.
Charta vacua ad calcem
Lexici debet jungi. 26
Chartæ vacuae ad cal-
cem Lexici qvænam
inscribenda? ib.
Christianus scriptor. 77
Chronologia ab Histori-
ricis distingvenda ib.
Chronologica excerpta
qvomodo conficien-
da? 56
Cicero 32. seqq.
Cluverius 82
Comitatus singularis ex-
cerpta. 79
Comment. in S. scriptu-
ram notitia unde hau-
rienda? 78
Commodissima ratio in
verbis excerptidis 24
Confirmandi formulæ. 38
Confutandi formulæ ib.
Conringius & ejus con-
siliūm. 82. f.
Corpus juris Canonici 63
Corpus juris Civilis ib.
Crato 81
Critica excerpta. 58
D.
Dempsterus 73
- D**escriptiones hujus l. il-
lius loci excerptendæ. 38
- actionum ib.
- personarum ib.
- aliarum rerum ib.
- longiores qvomo-
do norandæ. 39
Dicendi facultatem sine
adjumentis pauci nan-
ciscuntur. 30
Dietericus 28
Discentes artem excerpti
taciturnitatis le-
ge obstringuntur. 2
- non debent hujus ar-
tis recondita in vulg-
propalare ib.
Dissertatio omnis, qvæ
justo ordine procedit,
solet à definitione pro-
ficiisci. p. 3.
Doctorū virorū elogia. 39
Dolor eorum qui non in
tempore per studium
excerpendi consulue-
runt memoriae. 7
Drexelius. 8. ejus laus o.
ejus aurifodina qvæ-
nam contineat o. seq.
ab Autore non in o-
mnibus probatur. 12. f.
Drexelii singularia ex-
cerpta. 68 Du-

INDEX RERUM ET AUTORUM.

- Ducatus singularis excerpta. 79
E.
Eberus p. 81.
Elmenhorstius 28
Elogia doctorū virorū 39
Elucidarius Poëticus 57
Episcopatus singularis excerpta. 79
Epistolarum index 37
Epitheta 44
Exeerp.ars utilissima & 8
- necessaria ib. & 9
- solet plerumqve à doctis tegi.
- ab Autore manifestatur pagg. seqq.
Excerpta qvid sint? p. 3.
Excerptere qvid sit? ib.
- uberi explicatur. 4
Excerpti solertia potissimum inter legendum sese exserit. 4
Excerpta in certas classes sunt referenda. ib.
Excerpt. studio debet adesse judicium. ib.
Excerptentis judicium qvid doceat? 5
Excerptis instructus potest nominare multos Autores& scriptores. 8

- de qvacunq re propo- sitâ potest differere. b.
- interrogantibus & instrui volentib prodest 9
- habet ingens subsidium ad omne scriptionis genus, ib.
Excerptendi arti debentur plerique libri qui prodierunt. ib.
Excerptendum est ex omnibus libris qvos legimus. p. 19
- quotidie. ib. (ib.
- cum voluptate animi.
Excerpti studium non est statim negligendum oblatâ qvadam difficultate. ib.
Excerpta minus accurate non sunt abjicienda. 19. & 20
- eleganter scribenda. 20
- relegenda ib.
Excerptorum qvædam sunt ediscenda. ib.
- libri debent esse portatiles. ib.
Excerptis certæ notæ addendæ. 21
Excerpta ex uno aliquo Autore qvomodo facienda? 22 G 2 ali-

INDEX RERUM ET AUTORUM.

- aliena non facile sunt
exscribenda. ib.
- omnibus gazis præpo-
nenda. ib.
- E**xcerpta orationibus
scribendis interviен-
tia qvomodo confici-
da? 37
- E**xcerpta phrasium &
formularum Poëticar-
um. 40
- qvomodo instituen-
da? 40
- E**xcerpendum primum
ex uno Poëta. 44
- E**xcerpta rerum 45. seq.
- E**xcerpendi ratio promi-
scua & tumultuaria.
Medico vitanda. 67
- E**xcerpta qvædam sin-
gularia. 68
- qvomodo conficien-
da. 71
- E**xcerptorum sacrorum
dispositio 78
- E**xcerpta singularis pro-
vinciæ. 79
- qvomodo conficien-
da? 80
- E**xclamandi formulæ 88
- E**xegetica ercerpta. 59
- E**xordiendi formulæ. 38
- Exscribenda ex librī
qvænam? 21
- pauca. 63
- E**xternus Scriptor 77
- F**.
- Fabere iusq; Lexicon 25
- Fabula in excerpta qvo-
modo conficienda? 54
- Falsus rumor. 34
- Famæ 33
- Ferreæ ætatis vocabula
sunt excerpta. 29
- Febris 67
- Festus 28
- Finalis causa 49 seq.
- Flavissæ Poëticæ. 40. seq.
- Formularum multi ex-
tant libri 31
- Formulæ insolentioris
notandus est autor. 36
- G**.
- Geographia 54
- Geographica ab histori-
cis distingvenda. ib.
- Gerhardus 61
- Godofredus 63
- Gratulandi tituli. 35
- H**.
- Heraldus 28
- Historia strictè sic dicta
qvid attendat? 54
- Historica excerpta qvo-
modo

INDEX RERUM ET AUTORUM.

- | | |
|--|--|
| modo conficienda? ib. | test carere Philoso- |
| - qvalia? 79 | phiæ studio. 6 |
| Historici 32 | - Philologiæ studio. ib. |
| Historicum Lexicon. 54 | - omni literatura poli- |
| Homerus 72 | tiori. ib. |
| Hutterus 59 | Justinus. 77 |
| <i>I.</i> | |
| Impudicitia 62 | Keckermannus. p. 15. |
| Index duplex in histori-
cis excerptis confici-
endus. 80 | Kippingius 73 |
| Ingenia capacissima in
multis excerptis sol-
lent laborare. 6 | König. G. M. 75 |
| In phrasium libris non
observatur commoda
dispositio & ordo in-
qvirentibus accom-
modatus. 31 | <i>L.</i> |
| In tempore excerpten-
dum. 18 | Latino titulo deficiente
vernaculâ lingvâ phra-
sis potest concipi. 36 |
| Judicium excerptis
non debet esse anxium
nimis & superstitio-
sum. 4 | Lexica qvænam compa-
randa? 25 |
| Judicium reqviritur in
excerpte 4 | Libri non sunt chartâ
munda distingvendi. 20 |
| Juridica excerpta. 63 | - per bibliopegum ex
chartâ purâ compacti
non probantur 21 |
| Juridica Jcto sunt excerpta.
penda. 5 | Lipsius. 32 |
| Juridica Lexica. 64 | Loca Autorum titulis ad-
scribenda 27 |
| Juris studiosus non po- | Lyserus P. 60 |
| <i>M.</i> | |
| Magirus p. 74 | |
| Materiæ ab aliis dextrè
tractatæ non sunt de-
nuò tractandæ 72 | |
| Medica excerpta. 65 | |
| Medica medicinæ culto- | |
| G 3 | ri |

INDEX RERUM ET AUTORUM.

- ri sunt excerpta. 5
Medica recepta. 66
Medicinae operam daturus non potest carere studio Philosophiae. 6
- Philologiæ studio. ib.
- omni literaturâ politioni. ib.
Memorabilia, qvæ nostrâ ætate accidunt, notanda. 80
- singulis totius vertentis anni diebus contingentia notanda. ib.
Memoriæ descriptio. 7
Memoriæ imbecillitas est excerptendi causa. ib.
Metaphysica excerpta. 48
Metaphysicū studium. 46
Methodus singularis phrases & formulas orationis excerptandi. 30 & s.
Modius 6;
Monita generalia ad excerptum studium pertinentia. 18
Morbi distingvendi. 67
Museus Joh. 49
N.
Narrandi formulæ 38
Naudæus 53
- qvæ ad universam Philo-
lologiæ requirat vid. ib.
Notitia omnis generis scriptorum 74
- qvomodo comparanda? ib. & s.
O.
Observationes plures de unâ voce non sunt commiscendæ. 27
Observ. singulis relinqvendum est spatiolum. ib.
Operam in phrasibus excerptendis collocare multi leve & vulgare putant. 30
Optandi formulæ ut rumor sit falsus. 34
P.
Paginæ voci, de qvâ aliquid observatum, adscribendæ. 26
Pareus 32
Patriæ singularis excerpta. 79
Pauci etiam eruditissimorum nōrunt, qvomodo phrases excerptendæ. 32
Perorandi formulæ. 38
Philologiæ partem quidam præ reliquis amplectuntur excolendam. 5
Philo.

INDEX RERUM ET AUTORUM.

- Philologiam universam
multi excolunt. 16
- Philologia quid sit? 52
- Philologicæ res 51
- Philologicarum rerum
excerpta. 52
- Philosophiæ soli quidam
operam navant 5
- partem aliquam multi
tantum excolunt. ib.
- Philosophicarum rerum
excerpta. 45
- quomodo conficien-
da. ib.
- Philosophiæ partibus
singularia volumina
dedicanda. 46
- pars una magis inservit
Theologiæ. ib.
- jurisprudentiæ ib.
- medicinæ. ib.
- Philosophica non sunt
confuse excerptenda 48
- Phrasium multi extant
libri. 31
- Physices studium 47
- Pincievius 28
- Plautus 32
- Poëticæ description. di-
ligenter notandæ. p.
- 4+ Poëticarum phrasium &
- formularum excerpta. 40
- Polemica excerpta 59
- Politica excerpta I Cto
necessaria. p. 65
- Prædicta excerpta 60
- Præstat ipsa verba Auto-
rum excerpere quam
eadem mutare 36
- Præstat serius excerpta
quam nunquam in-
cepisse. 19
- Pugillares circumferen-
di. 22
- Pueri, si fieri potest, de-
bent excerpere. 18
- Q.
- Quomodo versandum
circa verba, quæ in
Lexico non occur-
runt. 29
- R.
- Recepta medica investi-
ganda, & in certum li-
brum referenda 66
- Regni singularis excerpta. 79
- Rerum excerpta 45.seq.
- Rerum publicarum va-
riarum cognitio p. 82
- Res quædam, pro diver-
so considerandimodo,
nunc

INDEX RERUM ET AUTORUM.

nunc ad hanc nunc ad illam		
Philosophiae partem nunc ad		
superiores facultates perti-		
nent	51	
Res sunt excerptendæ.	23	
Rosinus	73	
Rumores	33, f.	
<i>S.</i>		
Sagittarius C. p. 2. 18 32, 70, seq.		
Sagittarius Th. 14. Saubertus 28		
Scharffius 64 - Schefferus 16		
Scopus cuique attendendus in		
excerpendis vocabulis.	30	
Scribendi facultatem sine adiu-		
mentis pauci nanciscuntur 30		
Scriptores præcipui, qui exer-		
pendi modum tradiderunt. 10		
Singularia quædam excerpta 68		
Studioſus omnis & Philosophica		
& Philologica excerpta sibi		
debet parare	6	
Sturmius Joh.	15	
Svidas.	24	
<i>T.</i>		
Terentius	32	
Tertullianus	73	
Textor R.	44	
Theologiam amplectens nou		
poteſt carere Philosophiaſtu-		
dio.	6	
- philologiaſtu ib.		
- omni literaturâ politiori ib.		
Theologica Theologo ſunt ex-		
cerpenda.	5	
'Theologica excerpta.	52	
Theoretica excerpta.	59	
Thomafius J.	26	
Thuringica historia.	80	
Titius J. P.	13. 41	
Titulus generalis.	33	
Titulus specialis.	34	
Transcundi formulae.	38	
<i>U.</i>		
Udenius J.C.	17	
Verba ſunt excerptenda.	23	
Verborum diſtinctio.	ib.	
Virgilius	82	
Vita dignioris notæ ſunt exer-		
penda.	4	
Vocabula omnis generis ſunt		
excerptenda.	29	
Vox ipfa, cui excerpta adduntur		
majusculis l teris ſcribenda	27	
- minioſ subducenda.	ib.	
Voffius G. J.	52	
Votum Autoris.	85	
Uribis singularis excerpta.	79	
<i>W.</i>		
Waizius.	p. 52	
Waltherus G.	66	
Weſius C.	65	
Wolffius H.	24	
<i>Z.</i>		
Zieglerus C.	p. 63	
Zimmermannus,	73	

(o)

AB: 52³₄5

ULB Halle

004 057 856

3



56.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

B.CASP.SAGITTARI^{II}

D.Historici Saxonici & historia-
rum PP.

COMMEN- TARIOLVS

MODOS EXCERPENDI

omnium ordinum studiosis
summa cum cura monstrans.

DREXELIVS *Aurifodina part. I.*

CAP. VIII.

Exterior id ego indies, quod in conspectu Dei
testor, ad omne studiorum genus vix quic-
quam magis conducere, quam pluribus
annis EXCERPENDI soleritiam perpetu-
asse.

HELMSTAD II,

Sumpt. JOHAN. MELCH. SÜSTERMANNI.
Bibliopolæ. MDCCIII.

q